Alberty
Mag.
de mine-
ralibus

143
55

143.

Alberti

magni philoſophorum
maximi de
mineralibus
libri quinque.

БИБЛІОТ. ИМПЕРАТ. НОВОРОС. УНИВЕРСИТЕТА

143
55

K.

Alberti magni Philoſophorū maximi de mineralibus Liber primus incipit. Tractatus primus de lapidibus in cōmuni. Capitulū primū de quo eſt intentio/et que diuiſio modus et dicendorum ordo.

DE cõmixtione et coagulatione/ſimiliter ꝛ ꝯgelatione ꝛ liquefactione ꝛ ceteris hmōi paſſionibus in libro metheoroꝝ iam dictū eſt: In quibus aūt iſti effectus prius apparent apud res nature lapidū genera ſunt ꝛ metalloꝝ ꝛ ea que media ſunt inter hec/ſicut marchaſſita ꝛ alumen ꝛ quedā alia talia. Et quia illa prima ſunt inter compoſita ſm̄ naturam ex elementis vtpote ante complexionata exiſtentia q̄ animata ſunt: ideo de his proxime poſt ſcientiā metheoroꝝ dicendū occurret: parum enī videnť abundare vltra cõmixtionem ſimplicem elementoꝝ. De his aūt libros Ariſt. non vidimus niſi excerptos per partes. Et hec que tradidit Auicenna de his in 3ª cap. j. ſui libri quem fecit de his nō ſufficiunt. Primū ergo de lapidibus/ꝛ poſtea de metallicis/ꝛ vltimo de medijs inter ea faciemus inquiſitionem: lapidū quippe generatio facilior eſt ꝛ magis manifeſta q̄ metalloꝝ. De lapidū aūt naturis plurima in genere dicenda occurrunt que in primis ponemus/Deinde vero de lapidibus in ſpecie qui magis nominati ſunt diſputabimus: Coartabimus aūt ſermonem noſtrū eo ꝙ multoꝝ dicendoꝝ hic/cauſe iam in libro metheoroꝝ determinate ſunt. In genere aūt de lapidibus tractantes inquiremus in genere materiam lapidū ꝛ ꝓprium efficiens eorū proximum/ꝛ loci generationis: Deinde modū cōmixtionis lapidū/ꝛ cauſam diuerſitatis coloris eorū ꝛ alioꝝ accidentiū que inueniunť in ipſis/ſicut eſt durities maior ꝛ minor dolabilitas ꝛ indolabilitas poroſitas ꝛ ꝯſtrictio grauitas ꝛ leuitas ꝛ cetera hmōi: In quibus lapides nō ſolum ſpecie ꝛ numero/ſed etiam in genere videntur nō

Qui d̄ lapidibus ſcripſerunt.

paruam habere diuerſitatem. Sunt aūt quidam maxime auctoritatis in philoſophia viri qui nō de omnibus ſed de quibuſdam lapidum generibus tractatū facientes ſufficientem ſe dicūt de lapidibus feciſſe mentionem/quales ſunt Hermes euates rex arabū/Diaſcorides/Aaron ⁊ Joſeph/ qui de lapidibus tantū p̄cioſis tractantes/ nō de genere lapidū tractauerunt. Minus aūt ſufficientem noticiã tradidit Plinius in hiſtoria naturali nō ſapienter cauſas lapidum in cōmuni aſſignans/neqꝫ oportet nos omniū horū inducere ſententiam eo ꝙ ſcientia rei nō adeo eſt occulta ꝙ ipſam ex plurimorū erroribus nos colligere oporteat. Sufficienter aūt ſatis ſcientur nature lapidum ⁊ complexiones quando ꝓpria ſcienť eorum materia ⁊ efficiens proximū ⁊ forma ⁊ accidentia ꝓpria eorū ſm̄ p̄taxatam in quarto metheoroꝝ inquiſitionem. Non enī hic intendimus oſtendere qualiter aliqđ iſtorū tranſmuteť in alterū/aut qualiter per antidotum medicine eius quã eliſir vocant alchimici curanť egritudines eorū/aut occulta eorū manifeſtanť aut econuerſo eorū manifeſta deteganť/ſed potius cōmixtiones eoꝝ ex elementis oſtendere/⁊ qualiter vnumqđqꝫ in ꝓpria ſpecie conſtituať. Propter qđ nō curamus inquirere differentiã lapidis ⁊ ſpiritus ſiue anime ⁊ corporis ſiue ſubſtantie ⁊ accidentis de quibus inquirunt alchimici/lapidem vocantes omne illud qđ nō euaporat in igne ⁊ idem vocant corpus ⁊ ſubſtantiã. Id aūt qđ euaporat in igne ſicut ſulphur ⁊ argentum viuū ⁊ ex quibus diuerſoꝝ colorū fiunt/ea que vocanť lapides vocant ſpiritus ⁊ animã ⁊ accidens: alterius enī ſcientie eſt inquirere de his que occultis valde fulciunť rationibus ⁊ inſtrumentis. Modum aūt quem in ſingulis habuimus etiam hic tenebimus diuidendo per libros aliquos ⁊ plures tractatus ⁊ multa cap̄la totū opus.

¶ Cum aūt in multis de particularibus hic fiat tractatus oportet nos prius ex ſignis ⁊ effectibus cognoſcere naturas iſtoꝝ/⁊ ex illis deuenire in cauſas eorū ⁊ compoſitōes/eo ꝙ ſigna ⁊ effectus nobis ſunt magis manifeſta: in vniuerſaliū aūt natura de quibus in omnibus p̄habitis libris fecimus mentionem erat ꝓcedendū ecōuerſo/a cauſa videlicet ad effectus ⁊ ad virtutes ⁊ ſigna/eo ꝙ in talibus cōmunia ⁊ ꝯfuſa ſunt magis ⁊ quo ad nos manifeſta ſicut in primo phiſicorū eſt determinatū. Ordinem vero huius libri ad ſequentes de natura libros ſatis oſtendimus in fine noſtri libri metheoroꝝ vbi diximus de quibus prius ⁊ de quibus poſterius erit dicendū. ¶ Cum enī lapidum ⁊ metalloꝝ genera ſint omiomera plus ꝙ̃ plante in quibus inueniť diuerſitas partiū que ſunt radix ⁊ foliū ⁊ flos ⁊ fruct⁹: omiomera aūt ſunt ꝑ naturã ante anomiomera/ideo p̄us erit tractandū de lapidibus ⁊ ceteris mineralibus ꝙ̃ de corꝑibus aīatis.

¶ Cap. ſecundū de materia lapidum.

Duplex materia lapidū

Incipientes igitur tractare de lapidum natura in genere dicimus omnis lapidis materiam eſſe aut ſpeciem cuiuſdam terre aut ſpeciem quandã aque: Vincit enī in lapidibus alterū iſtorū elementoꝝ/⁊ in his etiam in quibus quedã ſpecies aque dominari videnť: eſt etiam aliquid terre ſimul dominans. Huius aūt ſignum eſt fere omniū lapidū genera mergi ſub aqua que abundare in terre materia diximus in ſcientia celi ⁊ mundi. Si enī eſſent dominantia in eis ſuperiora elementa ꝓculdubio natarēt ſuper aquam: nunc aūt nullū genus lapidū natat niſi ſit ſpongioſum vel aduſtum ⁊ per aduſtionem ſpongioſum ⁊ poroſum factum ſicut pumex ⁊ lapis quem euomunt therme/vel ignis vulcani qui etiam ſi in puluerem redigať puluis ipſe ſub aqua mergiť. Adhuc autem ſi in lapidibus perſpicuis cum aqua nō eſſet terreſtre terminatiuum humidi admixtū nō mergereť ſub aqua ſicut criſtallus ⁊ berillus/ſicut nō mergiť glacies ⁊ cetera in quibus pura vel ſuperabundans eſt aqua. Adhuc aūt lapides omnes qui generanť in renibus ⁊ veſicis animaliū/generanť ex viſcoſa groſſa ⁊ terreſtri humiditate: Oportet igitur ꝙ talis ſit materia lapidū. Specialiter aūt loquentes de his lapidibus in quibus materia eſt terra facile patere poteſt ꝙ in his nō ſolum terra eſt materia/illa enī nō continuareť ad ſoliditatem lapidis. Dicimus enī ꝙ cauſa ꝯtinuationis ⁊ cōmixtionis eſt humidū/hoc enī ſua ſbtilitate aliam partem terre facit fluere ad aliam/⁊ hec eſt cauſa bone ꝑmixtionis partiū materie. Si aūt vtiqꝫ ⁊ hoc humidū nō bene vbiqꝫ partibus terreſtribus infuſum nec eſſet retentiuū ⁊ in coagulatione lapidis euaporaret tunc remaneret puluis terre nō ꝯtinuus: ⁊ ꝓpter hoc oportet ꝙ ſit viſcoſum ⁊ glutinoſum ita ꝙ partes eius cum terreſtribus ꝯiaceant ſicut hami cathenarum. Tunc ſiccū terreſtre retinet humidū/⁊ humidū aqueū exiſtens intra ſiccum facit ꝯtinuationem. Et hoc teſtať Auicenna cum dicit ꝙ terra pura lapis nō fit/quia ꝯtinuationem terra nō facit ſua ſiccitate ſed potius cōminutionem: vincens enī in ea ſiccitas nō permittit fieri ꝯglutinationem: Rationem dicit idem ph̄us/ꝙ aliquotiens deſiccať lutum ⁊ fit medium inter lapidem ⁊ lutū ⁊ deinde in ſpacio t̄pis fit lapis. Dicit iterū ꝙ lutum aptius ad hoc ꝙ tranſmutetur in lapidem eſt vnctuoſum/qđ enim tale nō eſt cōminutiuū ſiue cōminuibile in puluerem eſt ꝓpter facilem humiditatis ſeparabilitatem ab eodem. Signum aūt huius eſt ꝙ in lapidibus ipſis frequenter remanent vene terre ⁊ eſt terra dura ſicca que cū comprimiť vel ꝯtundiť fit puluis: Cuius cauſa alia non eſt niſi quia humiditas eius nō ſatis vnctuoſa ⁊ viſcoſa euaporauit ab ea in lapidis coagu-

Auicenna

ſatione: ⁊ ideo remanſit terra dura cōminuibilis ꝓpter virtutem coagulationis lapidis circūſtantis. Eſt aūt ⁊ aliud huius ſignū quia cum lapides nō ꝯtinui generant̃/ſed per modū aſſerum ita ꝙ vnus generat̃ ſuper aliū nō ꝯtinue vnietur in interpoſita talis terra cōminuitionem patiens in comp̄ſſione vel ꝯcuſſione: ⁊ eſt dura: cuius cauſa eſt quā ſupra diximus: Qꝛ aūt humiditas viſcoſa ⁊ vnctuoſa ſit que eſt ꝯtinuatiua materie lapidis: ſignificat̃ ex hoc ꝙ animalia que teſtudines vocant̃ frequentiſſime cum ſuis conchis generant̃ in lapidibus: ⁊ hoc frequentiſſimū eſt in lapidibus qui inueniunt̃ paruis quibus plurima foramina ſunt habentia figuras conchaꝝ teſtudinum/quas quidam lunares appellant. Cauſa enim huius eſt humiditas que ad locū illum euaporauit/ ⁊ a circumſtante retenta in ſe ꝯuoluta eſt ⁊ exterius primū conſtans intra ſe circumacta intra ſe ſpiritū vitalem accepit ſicut diximus in q̄rto methheoroꝝ. Hec igit̃ in cōmuni eſt materia lapidū eorum qui nō perſpicui nec ſcintillares ſunt: diuerſificant̃ aūt in diuerſis ſicut in ſequentibus apparebit.

¶ Capitulum tercium De perſpicuitate lapidum ſm̄ magis ⁊ minus.

Materia lapidum perſpicuorum

LApidū qui perſpicui ſunt ſm̄ plus ⁊ minus ſicut ſunt illi qui gemme vocant̃/vt in cōmuni dici poteſt/eſt aqua nō pura materia cōmunis. Illi enim lapides ſunt quedā vitra per nature opus ꝓducta/ꝓpter qd̄ etiam ſubtiliores in cōmixtione ⁊ clarioris ſunt perſpicuitatis q̄ vitra artis/quia ars licet imitetur naturam tamen ad plenum opus nature attingere non poteſt. Signum aūt eius qd̄ diximus eſt ꝙ videlicet aqua paſſa a ſicco calido vel frigido vt ſit materia cōmunis iſtoꝝ lapidum eſt ꝙ vitra fiunt ab hmōi humiditate que a cineribus diuerſis ſiue plumbi ſiue ſilicis ſiue ferri ſiue alicuius alterius per ignem fortiſſimū eliquatur. Hec aūt humiditas ꝙ ſit aqua ex hoc oſtendit̃ ꝙ frigido coagulat̃ ⁊ ſicco calido vehementi diſſoluta liquat̃. Qꝛ autem paſſa ſit a ſicco terreo aduſto/ꝓbatur ex eo ꝙ nō liquat̃ niſi ex cinere per aſſatōem vehementiſſimā/quemadmodū diximus ⁊ in arte vitraria que alchimie ſubalternat̃ oſtendit̃ viſibiliter: vapor enim ſubtilior in terra vel in lapide a circumſtante aliquando ꝯtinetur ⁊ in ſeipſo circūuolutus madeſcit ſicut fit in olla cooperta calida in qua eſt aliquid aque: Et cum ſic ſit humor paſſus vehementer a ſicco ⁊ in eo vis ſicci ⁊ conſtans coagulat̃ in lapidem. Sed hic de modo lapidū generationis nō eſt dicendum/ſed potius de lapidum materia in cōmuni: Vtrum aūt fiat frigido vel calido coagulatio ipſoꝝ poſterius oſtendetur. Qꝛ aūt aqua ſit hmōi lapidis materia oſtenditur etiam quia in quibuſdam locis in quibus eſt virtus fortis lapidum generatiua aqua deſcendens pluuiā guttatim vel aliter fuſam ꝯcreſcit in lapidem: patitur enī primo deſcendens a ſicco terreſtri ex natura ⁊ operatione loci ⁊ ſic efficitur lapidis materia ꝓpria. Oſtendit̃ aūt ⁊ hoc ex multitudine perſpicui qd̄ eſt in talibus lapidibus. Cum enī perſpicuum aeris ⁊ ignis nō ſint incorruptibilia oportet neceſſario ꝙ ſit illa perſpicuitas ex perſpicuo aque: erit igitur ꝓpria ipſoꝝ materia de natura aque. Qd̄ aūt quidam antiquoꝝ lapidum materiā oſtendentes dicunt ꝙ deſcendit ex aqua currente quoddā qd̄ in fundo reſidet ⁊ hoc fit lapis: nō approbo eo ꝙ hoc qd̄ ab aqua deſcendit terreſtris eſt ſubſtantia: ⁊ ideo frequenter illi lapides qui ex hoc generantur nō aquam paſſam a virtute terreſtri recipiunt pro materia/ſed potius terram que paſſa eſt a virtutibus aque. Cuius ſignū eſt ꝙ lapides tales vt frequenter nō ꝑſpicui ſunt/ſed terminati ⁊ valde dicunt̃ nō dolabiles ſed cōminuibiles potius qui ⁊ ſilices a vulgo vocant̃. Teſtant̃ aūt maxime his que dicta ſunt criſtallus ⁊ berillus qui aque glaciei omnino quaſi formā acceperunt: de quibus dixit Ariſt. ꝙ fiunt ex aqua remoto vniuerſaliter calido. Sicut aūt lapidum de quibus in p̄cedenti cap̄lo mentionem fecimus/diximus materiā eſſe terram nō ſimplicem ſed paſſam ab humido vnctuoſo viſcoſo: ita ⁊ nūc de iſtis oportet intelligi ꝙ humidū ſimplex aqueū nō poteſt eſſe materia lapidū perſpicuoꝝ/quia ſicut alibi oſtendimus tale humidū nec ꝯſtat per elixationem/nec coagulat̃ per calidū ſiccum/nec congelat̃ per frigidū qd̄cunqꝫ/ꝓpter qd̄ neceſſario oportet ꝙ ipſum ſit ſubtiliſſimo terreo parū permixtum ⁊ inſuper a ſicco terreo ſit fortiſſime paſſum/ita ꝙ virtus eius iam quaſi obtineat omnes partes talis humidi/nec tamen adhuc tranſmutauerit ſubſtantiā talis humidi in terrā. In omni enī tranſmutatione elementorū talis paſſio p̄cedit tranſmutatōem ſubſtantie qd̄ videlicet virtus elementi tranſmutantis in toto obtinet ⁊ partes elementi tranſmutati figurant̃ in ipſo ante tranſmutatōem ſubſtantie: ⁊ ſi cōmiſceantur ſic in aliqd̄ elementatū habebit illud elementū materiā vnde elementū ⁊ alterius elementi virtutes/⁊ hoc ſummū ingeniū alchimicoꝝ. Docet Hermes in ſecreto ſecretiſſimoꝝ ſuoꝝ per verba methaphorica dicens lapis ſuauiter cū magno ingenio aſcendit a terra in celum/iterūqꝫ deſcendit a celo in terram/nutrix eius terra eſt/⁊ portauit eum in ventre ventus ſuo. Opera enī alchimie intendens docere dicit aſcendere in celū/qn̄ per aſſationem ⁊ calcinatōem eius ꝓprietates induit ignis. Alchimici enī vocant calcinatōem eius aduſtionem ⁊ aſſatōem materiā in puluerem reducentem/q̄ materia iterū deſcendit a celo in terram qn̄ induit terre virtutes ꝑ inhumatōem/tunc enī per inhumationem reuiuificat̃ ⁊ fouetur qd̄ prius per calci-

Hermes

nationem fuerat mortificatū. Qđ aūt dicit ꝙ portat ventus in ventre ſuo/oſtendit leuigationem materie ad aeris virtutes/⁊ ꝓpter hoc dicit ventū in ventre ſuo portare materiā quando materia ponit̄ in alembico qđ eſt vas taliter factum ſicut in quo fit aqua roſata: tunc enim euaporando ſubtiliat̄ ⁊ leuigat̄ ad aeris virtutes: ꝓpter hoc dicit ventū in ventre ſuo portare materiā. Diſtillat aūt vltra ab ore alembici exiſtens aque vel olei liquor cum omnibus virtutibus elementoꝝ. Et hoc quidem oꝑatur ars cū labore ⁊ erroribus multis/natura eñ ſine difficultate ⁊ labore: Cuius cauſa eſt quia virtutibus celeſtibus certis ⁊ efficacibus mouent̄ virtutes in materia lapidum ⁊ metalloꝝ exiſtentes quando materia oꝑatur: ⁊ ille virtutes ſunt intelligentiaꝝ oꝑationes que nō errant niſi per accidens ex inequalitate ſcꝫ materie. In arte aūt nihil eſt horum ſed potius mendicata ſuffragia ingenij ⁊ ignis. Ex his aūt igitur oſtendit̄ ꝙ ſiue terra ſiue aqua dicat̄ materia lapidum oportet ꝙ ipſa ſit paſſa valde a qualitatibus alioꝝ elementoꝝ. Hec igitur de materia lapidum in communi dicta ſunt.

¶ Capitulum quartum De cauſa generatiua ſm diuerſas opiniones philoſophoꝝ.

CAuſa vero efficiens lapidum ab omnibus fere qui ſermonem de lapidibus fecerunt dicitur eſſe virtus mineralis: Cum aūt hec virtus cōmunis ſit tam in lapidibus ꝗ̄ in metallis omnibus operans inſufficienter videbit̄ eſſe aſſignata cauſa lapidum efficiens/cum neqꝫ diſtinctione neqꝫ ſpecificatione certificatum ſit ab eis qualis ſit ea quā dicunt eſſe virtutem mineralem

Auicēna

Nec aliquid ab Auicenna inuenit̄ plus niſi ꝙ per virtutem mineralem lapides ex terra ⁊ aqua generent̄. Hermes aūt in libro quem de vniuerſali virtute ſcribit dicere videt̄/cauſam generatiuā lapidū eſſe virtutem quandam quā vnā dicit eſſe in omnibus/ſed ꝓpter diuerſitatem rerum generataꝝ diuerſa ſortiri vocabula. Exemplum ponens de lumine ſolis ꝙ ſolum omniū eſt generatiuū ⁊ cum participatur non per vnam ſolam paſſiuoꝝ poteſtatem diuerſa oꝑatur in eis. Placuit aūt ſibi hanc virtutem primo quidem dare marti ſicut fonti virtutis illius ſed tantū variari ſm ꝓportionem applicatōis luminis aliarū ſtellaꝝ/⁊ materie ſuſcipientis ipſam/ſicut diximus: ⁊ exinde diuerſa genera lapidū ⁊ metalloꝝ in diuerſis locis generari/qđ dictum omnino innaturale eſt/eo ꝙ hic nō querimus cauſas agentes ⁊ mouentes primas/que forte ſunt ſtelle ⁊ ſtellaꝝ virtutes ⁊ diſpoſitiones/hoc enim alterius ſcientie ꝓprium eſt/ſed querimus cauſas efficientes proximas que in materia exiſtentes materiā tranſmutant. Si eñ conueniens eſſet dictū Hermetis iam ſcita cauſa generatōis lapidū oīm generabiliū ſciremus cauſā efficientem. Scimus eñ motum ⁊ virtutem celeſtiū cauſam eſſe aliam a natura ortum ⁊ occaſum ſiderū ⁊ radios eorū. Adhuc aūt cauſe iſte ſunt equiuoce agentes ⁊ nihil cōmunionis cū materia generabiliū habentes Nos aūt ſm ꝓprietatem naturalis ſcientie cauſas querimus ſuis effectibus ꝓprias ⁊ maxime materiam ⁊ vniuoce tranſmutantem: propter hoc eñ Empedocles ſatis poſterior Hermete ꝯfirmauit lapides calido vſtiuo generari aſſertionem ſumens ex antiqua fabula de Pira ⁊ Deucalione dicta in qua lapides magne matris oſſa dicunt̄. Oſſa ſm Empedoclem maxime ex vulcani partibus componunt̄: ſed hoc falſum eſt omnino cū nos ſciamus ⁊ infra erit oſtenſum quoſdam lapides ex frigido generari. Iam eñ in libro metheoroꝝ diximꝰ ꝙ ea quoꝝ materia eſt aqua precipue frigido coagulant̄.

Opinio Empedoclis reprobatur

Amplius aūt nō bene ſe habet dictū Empedoclis quoniā iam in ſcđo de anima oſtendimus calidū elementū vſtiuū eſſe in cineres ⁊ nō ꝯſumit ad determinatam ſpeciem niſi aliqua moueat̄ virtute alia ⁊ ab ipſa ad ſpeciem dirigat̄/ſicut calor digeſtiuus motus ab anima cōuertit hoc qđ tranſmutat ad ſpeciem carnis ⁊ nerui ⁊ oſſis ⁊ ſimiliū partium animati corporis.

Democritus

Democritus aūt ⁊ quidā alij omne elementatum dicunt habere animas ⁊ ipſas eſſe cauſas generationis lapidum ꝓpter qđ dicit animā eſſe in lapide ſicut in quolibet alio ſemine generande rei/⁊ ipſam mouere calorem intrinſecū materie in lapidis generatione/eo modo quo mouet̄ malleus a fabro ad ſecuris ⁊ ferre generationem:

Error.

Hec aūt ſtare nō poſſe alibi oſtendimus: Anima enim nō in ſenſibilibus ſed vegetabilibus primū inuenit̄/nullam enim habent lapides oꝑationem anime ꝯgruentem/cū nec alimento neqꝫ ſenſu vtantur/nec omnino vita ſm aliquem actū vite. Dicere aūt ꝓpter ſolam generationem animā eſſe in lapidibus non bene ſe habet/eo ꝙ generatio nō eſt ſm generationem animatoꝝ vegetabilium ⁊ animaliū ſenſibilium. Hec eñ omnia videmus ex ſeminibus ſuis ꝓferre ſue ſpeciei generata: lapis aūt nihil horū facit omnino: Sed nec videmus omnino lapides ex lapidibus generari: ſed videmus vnūquemqꝫ lapidem generari ex cauſa aliqua que in loco ſue eſt generationis/ꝓpter qđ lapis virtutem generatiuā nullā videtur omnino habere. Quidam aūt ex his qui noſtro tempore in alchimicis ſtuduerūt dicere omnino vident̄ omnem lapidem per accidens gn̄ari ⁊ nō eſſe cauſam ꝓpriam aliam ſue generationis. Dicunt eñ calidū igneum in quocūqꝫ loco inuenit̄ materiā aptam aſſando in lapidem vertere ſicut fit in lapide cocto per aſſatōem ignis

Alius error

Et dicunt̄ iſti lapides nō habere ꝓprium aliqđ generatiuū ſed principium materiale ſolum. Adhuc aūt nō habere lapides formam ali quiam ſm ſpeciem/ſed paſſiones quaſdā materie/ſicut duriciem habere ꝓ forma quemadmodū in lib. meth. determinatū eſt. Coagulatio ⁊ coagulatōis effectus ſpecies ⁊ paſſiones materie ſunt/ ⁊ nō forme ſbſtantiales. Perſuadent aūt ⁊ hi ſententiā hanc ex opatōibus alchimicoꝝ que omnes calido aſſatiuo vident̄ fieri ⁊ generari lapides ⁊ metalla vno tali effectiuo eo ꝙ nō oportet effectiuū ꝓpriū habere in natura in qua nihil ad ſpeciem ſubſtantialem deducat̄ ꝓpter ipſius ſpeciei carentiā ⁊ defectū. His aūt intolerabilis ſequit̄ error ꝙ videlicet omnis lapis cū omni lapide eiuſdem ſit ſpeciei/ſed differunt ſm magis ⁊ minus in illa ſpecie materiali. Omnes em̄ coagulatōem ⁊ effectū eiuſdem duriciem pro ſpeciebus ſm hos acceperunt. Qꝫ aūt hoc falſum ſit diuerſe diuerſoꝝ lapidū virtutes oſtendunt ⁊ opationes/que omnino lapidū ſpecies diuerſas ꝯſequunt̄. Amplius aūt oportet lapides in eadem ſpecie eſſe cum metallis que eadem generatōe coagulatōem ⁊ duriciem pro ſpeciebus acceperunt. Adhuc aūt ſi nō eſſet efficiens cauſa lapidū niſi calidum exiccatiuū tunc omnis lapis ſoluere͂t per humidū frigidū ſicut probauimus in quarto meth. qȯ non vidimus contingere. Iſte ergo ſunt ſententie per errorem dicte ab antiquis de cauſa lapidū generatiua.

Reprobatio

¶ Caplm quintū De cauſa effectiua lapidū ſm veram ſententiā/⁊ de ꝓprio inſtrumento ipſius.

Cauſa generatiua lapidum

NOs aūt ex omnibus his ſententiā veram colligentes dicimus cauſam veriſſime generatiuā eſſe virtutem mineralem lapidis formatiuā. Virtus em̄ mineralis quedam cōmunis virtus eſt efficiens ⁊ lapides ⁊ metalla ⁊ ea que ſunt media inter hec. Et ideo addim⁹ ꝙ ſit lapidis formatiua vt efficiat̄ lapidi ꝓpria: ⁊ quia ꝓpria noīa huius virtutis nō habemus/ideo per ſimilia oportet declarare que ſit illa virtus. Dicamus igit̄ ꝙ ſicut in ſemine animalis qȯ eſt ſupfluū nutrimenti deſcendit a vaſis ſeminarijs vis formatiua animalis que format ⁊ efficit animal ⁊ eſt in ſemine per modū illū quo artifex eſt in artificiato qȯ facit per artem ſic eſt etiam in materia aptata lapidibus virtus formans ⁊ efficiens lapides ⁊ ꝓducens ad formā lapidis huius vel illius. Expꝛeſſius autem hoc poteſt videri in gūmis que diſtillant ex arboribus/illas em̄ videmus eſſe humidū vehementer paſſum a ſicco terreſtri/⁊ ideo coagulari a frigido que quādo manent in arbore nō diſtillantes vis arboris generat ea in ligna ⁊ folia ⁊ fructus/per oēm aut eundem modū fit ꝙ cū materia ſicca paſſi ab humido vnctuoſo vel materia humidi paſſi aptat̄ lapidi a ſicco terreſtri ⁊ generat̄ in ipſa ex virtute ſtellaꝝ ⁊ loci/ſicut infra oſtendet̄ virtus formatiua lapidū/ſicut generatur in ſemine a teſticulis quando ſemen fuerit attractū ad vaſa ſeminaria ⁊ in vnaquaqꝫ materia ſm ſpeciem ꝓpria virtus. Et hoc eſt qȯ dixit Plato ꝙ ſm merita materie infundunt̄ virtutes celeſtes que res nature operant̄. Sicut aūt in phiſicis libris oſtendimus omnis virtus formans ⁊ faciens aliquid ad formam ſpeciei habet inſtrumentū ꝓprium quo ſua facit opera/⁊ producit/ideo ⁊ hec virtus in materia ꝓpria lapidū exiſtens habet duo inſtrumenta ſm nature diuerſitatem: vnum quidem eſt calidū humidi extractiuū digeſtiuū inducens coagulatōem ad formā lapidis in terreſtri qȯ paſſum eſt ab humido vnctuoſo/⁊ hoc calidū dirigit̄ in opere a virtute formatiua/quemadmodū dirigitur calidū qȯ digerit ⁊ tranſmutat ſemen animalis a virtute formatiua que eſt in ſemine: aliter em̄ abſqꝫ dubio illud calidū ſi eſſet excellens incineraret materiā: aut ſi nō eſſet ſufficiens relinqueret eam indigeſtam ⁊ ad formā lapidis incongruam. Alterum aūt inſtrumentū eſt in materia humidi aquei qȯ paſſum eſt a ſicco terreſtri/⁊ hoc eſt frigidū humidi nō tantū ꝯſtrictiuum ſicut in metallis fit/ſed ꝙ ſit etiam humidi expꝛeſſiuū/hoc em̄ vehementiſſime indurat ⁊ coagulat. Et quia humidū omnino exprimit intantū ꝙ nō remanet in materia niſi ſm ſolam ꝯtinuationem: ideo tales lapides nullo modo calido ſicco poſſunt liquari. Et hoc eſt qȯ dicit Ariſt. ꝙ criſtallus generat̄ ex aqua remoto vniuerſaliter calido. Cuius ſignū eſt ꝙ operationes alchimiſte deficiūt in liquendis lapidibus ſine alterius materiei humide appoſitione. Patet etiam quare difficiles ⁊ imperfecte p̄cipue in lapidis factura plus q̄ in metalloꝝ factura ſunt opationes alchimicoꝝ. Et hoc ideo eſt quia virtutem formatiuā nō dant materie/ſed ars incerta eſt eis pro formatiua ⁊ calidū vſtiuū eſt eis pro inſtrumento/⁊ hoc incertiſſime opatur: virtus aūt a celo data loco ⁊ materie que formatiua vocatur eſt certa/⁊ materia inſtrumento/⁊ inſtrumentū materie habet conuenienter ꝓportionata/⁊ ideo certiſſima eſt natura in opationibus ſuis. Eſt etiam ⁊ aliud notandū de iſto inſtrumento quoniam licet frigiditas nullo modo ſit operans ad vitam in his que ſunt animata/tamen operatur ad lapides/eo ꝙ mineralia proxima ſunt elementis/⁊ elementa ſm parum in ipſius materijs tranſmutantur/propter quod etiam in eis qualitates elementoꝝ remanent parum alterate ⁊c̄.

Plato.

Virtutis mineral' inſtra ij.

Primū

Scdm.

Ariſto.

¶ Caplm ſextū De forma ſubſtantiali lapidum.

DE formis autem que ſunt ſubſtantiales lapidum dubitare dementis eſſe videtur/quoniam viſus certificat de his ꝙ coagulati ſunt omnes/⁊ materia in ipſis ad ſpeciem certam eſt determinata. Si em̄ eſſent diſpoſitiones elementoꝝ tantũ ſm ꝙ ſunt in tranſmutatione ad ſe inuicem vel ad alia/ ſicut ſunt nubes ⁊ pluuie ⁊ nix abſqꝫ dubio non diu permanerent ſic nec iſta ſed poſt modicũ reſoluerentꝛ ad elementa: Et nos omnino ꝯtrarium huius videmus accidere in lapidũ naturis. Amplius aũt virtutes lapidũ inuenimus que nõ ſunt alicuius elementi ſicut fugare venenũ pellere antraces attrahere vel pellere ferrũ: de quibus vt infra ꝓbabitur cõmunis eſt ſententia omniũ ſapientũ ꝙ hec virtus eſt ſequela ſpeciei ⁊ forme lapidis huius vel iſtius. Conſtat igitur ex his formas habere lapides ⁊ ſpecies determinatas: he aũt forme nõ ſunt anime vt quibuſdam viſum eſt antiquoꝝ: Quoniã ſicut in libro de anima oſtendimus ⁊ in p̄ncipio phiſicoꝝ patuit/ anima non oꝑatur vnũ tantũ/ ſed multa quidem per ſe ⁊ non ſm accidens: natura aũt lapidis non oꝑatur niſi vnum/ ⁊ qđ operatꝛ de neceſſitate operatꝛ/ qđ nõ facit anima. Adhuc aũt primũ opus anime eſt vita/ hoc aũt ſm nullam ſui differentiã inuenitur in lapide. Si enim alimento vteretꝛ oporteret ipſum poros ⁊ vias habere per quos alimentũ mergeretꝛ in ipſum. Et hoc falſum eſſe oſtendit ipſa duricies eius/ ⁊ compactio lapidũ multoꝝ que nõ permittunt ipſum diuidi ⁊ aperiri in alimenti ſuſceptione. Adhuc aũt ſi alimento vteretꝛ oporteret habere aliquã partem que primo alimentũ traheret/ ſicut ſunt radices in plantis ⁊ os in ſentientibus: horum aũt nihil vidimus in lapidibus: Nec eſt ꝯuenienter dictũ ꝙ lapidis anima ſit oppreſſa a terreſtreitate/ ⁊ ideo nõ poſſe exercere vitam ⁊ ſenſum ſicut dixerunt multi phiſiologoꝝ/ quoniam ſm hoc deficeret natura in neceſſarijs non dando lapidi organa quibus ſuas neceſſarias explicaret oꝑationes: lapides igitur animas nõ habent/ ſed alias formas ſubſtantiales virtutibus celeſtibus ⁊ ꝓprie elementoꝝ cõmixtioni datas. Sunt aũt he forme ſm plurimũ innominate/ ſed tamẽ differentie earum innituntꝛ diuerſis nominibus lapidũ/ cum vocantꝛ thoſus pumices/ ſilices/ marmor/ ſaphirus/ ſmaragdus ⁊ hmõi/ que cũ nobis occulta ſunt/ ideo ꝓpria diffinientia lapidũ non habemus niſi circumloquendo accipiendo accidentia ⁊ ſigna loco diffinientium. Sed hec ſcimus cum ſint diuerſitates corporis mobilis ⁊ tranſmutabilis ſimpliciter ⁊ cõmixtũ ꝙ lapis eſt de genere mixtoꝝ. Cum aũt ⁊ mixtum diuidatꝛ in mixtum tantũ ⁊ in mixtum complexionatũ ſcimus lapidem eſſe in genere mixtorũ non complexionatoꝝ. Et tunc ex omnibus dictis ꝯgregantes dicimus lapidem eſſe mixtũ nõ complexionatũ virtute mineraliũ ad formam coagulatũ. Ex quibus vlterius manifeſtũ eſt lapidem magis eſſe homogenee nature qꝫ habentem vitam/ licet in ipſo eſſentialiter ſint elementoꝝ nature diuerſe/ ꝓpter qđ etiam de lapidibus ſcientia ſcientie complexionatoꝝ eſt.

Differentie lapidum

Lapis ē de genere mixtorũ nõ cõplexionatoꝝ

ante ponenda. Sunt aũt multe lapidũ forme ſicut in genere marmoris porphiricũ alabauſtrũ ⁊ hmõi. Similiter aũt eſt ⁊ in alijs generibus lapidũ de quibus proſequi nõ prodeſt/ quia forme eorũ ex accidentibus corporis ⁊ duriciei manifeſtabuntꝛ inferius/ hec enim accidentia ſunt eis ꝓpria/ ⁊ ſcitis ipſis natura eorum eſt ſatis manifeſta De fine aũt querendũ nõ eſt/ quia forma in phiſicis eſt finis: ⁊ ideo cum nos vnumqđqꝫ ſcire exiſtimemus quando cognoſcimus cauſas eius eſſentiales ⁊ ꝓprias in cõmuni iam eſſe vniuerſaliter ſcita lapidũ natura. Verũtamen quia locus generationis eſt principium ſicut in ante habitis determinatũ eſt: ⁊ nos cum his que dicta ſunt cognoſcere de loco lapidũ generationis/ eo ꝙ locus aliqua cauſa efficiens eſt lapidis cui primũ datur virtus formatiua lapidis.

¶ Capitulum ſeptimũ De cõmemoratione locorum in quibus generantur lapides.

Faciamus igitur mentionem locorũ in quibus aut ſemper aut frequenter generantꝛ lapides/ ⁊ inquiramus de virtute locorũ ⁊ differentijs eorum. Videmus aũt ꝙ in ripis aquaꝝ perpetuaꝝ multi inueniuntꝛ lapides/ ⁊ cognoſcimus per hoc quia ripe quarundam aquaꝝ ſunt loca generantia lapides. Differunt aũt hmõi ripe/ eo ꝙ quedam velocius/ quedam tardius lapides producunt. In quibuſdam enĩ locis riparũ fluminis/ qđ dicitꝛ gion/ lapides in ſpacio. 33. generantꝛ annoꝝ vt teſtatur Auicenna ⁊ quidam alij philoſophoꝝ. Non tamen omnis aqua lapidũ in ripis ſuis eſt generatiua/ quoniam aqua terre corrupte paludoſa potius corrumpit qꝫ generat lapides. Sicut videmus in quibuſdam partibus in quibus licet loca aquoſa ſint/ non tamen vt multũ generant lapides. Amplius aũt montes inueniemus frequenter lapideos/ ex quo cognoſcimus ꝙ in locis montuoſis eſt locus generationis lapidum: montes tamen aliqñ ſine lapidibus inuenimus/ ſed illi vt frequenter nec magni ſunt nec alijs ſociati montibus ſed ſolitarij inueniuntur/ ita ꝙ forte vnus ſolus eſt/ vel vt multum duo vel tres. Quotienſcũqꝫ aũt multi ſibi montes aſſociantꝛ tunc lapidei montes inueniuntꝛ/ ⁊ lapidei montes multi etiam aliquando in terra plana ſolide ſuperficiei: nec hoc fieri poteſt vbiqꝫ/ ⁊ illa loca ſunt lapidũ generatiua. Adhuc aũt frequentiſſime in aquis generantꝛ lapides/ qđ etiam dici nõ poteſt niſi quia ille ſunt locus generationis lapidũ Cuius ſignũ eſt quia ſunt quedam aque ex quibus generantꝛ lapides quando funduntꝛ ſuper ripas ſuas in quibus manãt: ⁊ ſi ſuper aliũ locum infundantꝛ nõ generantꝛ lapides ex eis. Expertum eſt enim in locis pireneis eſſe loca quedam in quibus aque pluuiales conuertuntur in lapides que ſi alibi fundantꝛ remanent aque nõ tranſmu-

aque pluuiales cõuertuntꝛ in lapides.

Ligna in lapides.

tate. Similiter aūt ligna iacentia in quibuſdā aquis ⁊ maribus cōuertunt̄ in lapides ⁊ retinent figuram lignoꝝ. Et aliq̄n nate plante in aquis ⁊ maribus illis ita ſunt vicine lapidū naturis ꝙ ad modicum exiccate in aere lapidū formam aſſumunt.

Corallia

Et huius ſignū eſt lapis qui dicit̄ Corallus/ qui abſq̄ dubio de lignis generat̄ ⁊ plantis.

Miraculum

Aliq̄n enim tp̄e noſtro in mari danico iuxta ciuitatem Lubicenſem inuentus eſt ramus magnus arboris in q̄ erat nidus auiū/ ⁊ aues parue in nido/ ⁊ ↄuerſe in lapides erant parui in nido parū declinantes ad rubedinem: qḋ aliter eſſe nō potuit niſi quia ꝓcellis vel vndis euulſa arbor tp̄e quo in ea fuit nidus ⁊ aues in aquam ceciderunt/ ⁊ poſtea per virtutem loci in quo iacebat in lapidem vniuerſa ↄuerſa ſunt.

Fons Gothie

Eſt aūt fons in Gothia/ de quo veriſſime tradit̄ ꝙ omnia que mergunt̄ in ipſum in lapidem ↄuertit/ intantū ꝙ ad eum miſit imperator Fredericus cirotecam ſigillatam vt ꝓbaret veritatem/ que cum per aliquot dies medietas corij ⁊ medietas ſigilli merſa eſſet in fonte/ medietas corij ⁊ medietas ſigilli ↄuerſa ſunt in lapidem/ altera medietate corij manente. Refert̄ ⁊ veraciter a fidedignis ꝙ gutte que ex impetu caſus eiuſdem fontis ſpargunt̄ ſuper ripam fontis ↄuertunt̄ in lapides guttaꝝ quantitatem habentes/ cum tamen aqua que ſic fluit non ↄuertat̄ in lapidem/ ſed fluit continue. Videmus etiam oculis generari criſtallos in montibus altiſſimis/ qui ſunt perpetuaꝝ niuiū: qḋ iterū eſſe nō poteſt niſi per virtutem mineraliū que eſt in locis illis. Ex quibus omnibus videt̄ nō poſſe certū aliquid tradi de loco generationis lapidū/ cum nec in vno tantum elemento ſed in pluribus/ nec etiam in vno tantū climate ſed in omnibus. Et ꝙ his mirabilius videt̄ in corporibus animaliū generantur ⁊ in nubibus que omnia loca difficile videtur valde ad vnā materiā in cōmuni reducere/ cum tamen hoc ſit neceſſariū eo ꝙ nō dubitamus eiuſdem corporis mixti ſm genus etiam vnū ſm genus eſſe generatiuū. Oportet enī ꝙ omniū generatoꝝ ſit locus aliquis ſue generationis extra quem corrumpunt̄ ⁊ deſtruunt̄.

¶ Capitulū octauū/ in quo reddit̄ cauſa quare quedā loca generant lapides ⁊ quedam non.

VNam ergo virtutem in omnibus his locis inueſtigare volentes reuocemus ad memoriā ea que in ante habitis libris ſcientie naturalis determinata ſūt/ ꝙ videlicet ſtelle quantitate ⁊ lumine ⁊ ſitu ⁊ motu mouent ⁊ ordināt mundū ſm omnem materiā ⁊ locū generabiliū ⁊ corruptibiliū.

Virtꝰ generatiua a ſtellis.

Virtus aūt ſic determinata a ſtellis infundit̄ loco gn̄ationis vniuſcuiuſq̄ rei/ eo modo quo in naturis locoꝝ determinatū eſt. Hec enī virtus ⁊ elementi ⁊ elementati oīs eſt ꝓductiua ⁊ gn̄atiua. Et eſt iſta virtus locis ex tribus virtutibus ↄgregata:

Triplex virtus

Prima

Scḋa

Tercia

quaꝝ vna eſt virtus motoris orbis moti. Scḋa eſt virtus orbis moti cū oībus partibus ſuis ⁊ figuris partium que reſultant ex ſitu partiū diuerſimode ſe reſpicientiū ꝓpter multimodā motoꝝ velocitatem ⁊ tarditatem. Tercia aūt eſt virtus elementaris que eſt calidū/ frigidū/ humidū/ ⁊ ſiccū vel cōmixtū ex his. Eſt aūt p̄ma haꝝ virtutū vt forma dirigens ⁊ formās oē qḋ generat̄ ſicut virtus artis ad materiā artificiati ſe habet. Et ſcḋa eſt ſicut op̄atio manus. Et tercia ſicut operatio inſtrumenti/ qḋ manu mouet̄ ⁊ dirigit̄ vſq̄ ad finem inceptū ab artifice.

Ariſtot.

Et ideo dicit Ari. ꝙ omne opus nature eſt opus intelligentie/ locus enī recipit has virtutes ſicut matrix recipit virtutem formatiuā embrionis. Hec igit̄ virtus determinata ad lapidū generatōem in materia terreſtri vel aquea eſt in qua ↄueniunt oīa loca in quibus lapides generant̄. Sicut enī in aīalibus que ex putrefactōe generant̄ infundit̄ virtus viuificatiua ex ſtellis/ ſic fit etiā in lapidū materia ꝙ infundit̄ per dictū modū virtus lapidū formatiua. In quocūq̄ igit̄ loco terra vnctuoſa per vaporem in ſe reflexū cōmiſcet̄ vel in quo terre vires apprehendunt naturā aque ⁊ trahunt ipſam ad ſiccitatem ⁊ indurant vehementer ibi pro certo eſt locus generatōis lapidū: ꝓpter qḋ terre ſolide ſuꝑficiei ex qua vapor talis exſpirare nō poteſt/ lapides multos generant. In terra aūt molli cerulenta que potius inficit aquam q̄ apprehendit ipſam/ in ſuis ꝓprietatibus lapides generari nō poſſūt:

Cauſa lapidoſitatis riparum

Et hec eſt cauſa quare in ripis ſempiternoꝝ fluminū multi generant̄ lapides: tales enī ripe ſolidiſſime ſunt claudentes in ſe vapores eleuatos. Sunt enī vaporoſe ripe ille/ eo ꝙ calor ex reflectōe ſui luminis ſuper aquas excitatus frigiditate aque repellit ad littus/ ⁊ in partibus terre inuiſcatus terrā aque cōmixtam decoquit ⁊ indurat. Ex eadem vero cauſa fundus fluuioꝝ taliū lapidoſus efficit̄/ eo ꝙ calor in littoribus in terris ſub aqua penetrat: ⁊ cū aqua replet vndiq̄ poros quibus euaporare poſſet/ ſimul cōmiſcet ⁊ decoquit qḋ cōmixtū eſt in lapidibus: ꝓpter quam cauſam talia loca lapidū ſunt gn̄atiua. Eſt aūt quarundā aquaꝝ fluxus per virtutes minerales fortiſſimas ⁊ cū fluunt per tales materias imbibunt̄ ipſis mineralibus/ ⁊ ideo ⁊ aqua ⁊ ea que ſunt merſa in ipſis ↄuertunt̄ in lapides citius ⁊ tardius ſm ꝙ ↄfortat̄ ⁊ debilitat̄ virtus lapidum formatiua ⁊ factiua. Cauſa aūt quare aqua diuiſa iuxta ripam a fonte fuſa citius in lapidem ↄuertit̄ q̄ ipſa aqua fluens a fonte ⁊ flumine vel mari eſt q̄a virtus illa citius vincit paruū ⁊ diuiſum q̄ multū indiuiſū ſicut eſt in omī virtute aliq̄d ↄuertente/ oīs enī talis virtus citius ↄuertit ip̄m paruū q̄ magnū. Qḋ aūt eadem aqua in aliquo loco fuſa in lapidem non ↄuertatur/ ideo fit/ quia cum eſt extra locum mineralem euaporat ⁊ corrumpit̃/ſicut ⁊ omnis alia res corrumpit̃ extra locū ſue generationis. Qȝ aūt aqua in ſe accipiat ⁊ imbuatur tali virtute: ꝓbatur per alia aque accidentia/ſicut eſt ſapoꝛ ſulphuris ⁊ auripigmenti vel amaritudo. Hos eñ ſapores nō contrahit aqua niſi ex locis per que tranſit. Eodem enim modo fit ꝙ virtus mineralis cū materia vapoꝛoſa lapidis trahitur ab aqua/⁊ aqua tota inficit̃ tali ſpiritu ⁊ vapoꝛe/⁊ cum vincere poteſt aquam ꝯuertit eam in lapidem. Citius tamen ꝯuertit magis terreſtria ſicut ligna ⁊ plantas ⁊ animaliū coꝛpoꝛa vel aliquod hmōi/eo ꝙ hec aque immerſa a tali virtute apprehendunt̃ ⁊ trahunt̃ ad terreſtrem naturā lapidis materie ꝯuenientem quā exiccat/coagulat ⁊ ad ſpeciem ducit vis mineralis vapoꝛabiliter in aqua diffuſa. In montibus altiſſimis frigiditas eſt perpetua que eſt excellens: cuius cauſa patefacta eſt in libꝛo metheoroꝝ/que frigiditas exprimendo humidū/apprehendit aquā a niuibus ꝯgelatam/⁊ inducit in ea ꝓprietatē ſicci/ſicut eſt nature frigiditatis excellentis/⁊ ex illo ſicco coagulat glaciem in criſtallum vel alium lapidem perſpicuū. Et per hūc modū ſatis planū eſt ſcire loca gñationis lapidū ⁊ ꝯuenientiā ⁊ differentiam eoꝛundem.

¶ Capitulū nonum De virtute loci qualiter operatur in natura lapidum.

REmanet aūt quoddam qđ declarat intellectū eoꝝ oīm que dicta ſunt. Et eſt hoc qđ determinemus qualiter virtus vnius apprehendit ſubſtantiā alterius ⁊ ipſam ad ſe ꝯuertit. Hoc aūt ſcitur ex his que diximus de elementoꝝ ad inuicem tranſmutatione. Cum eñ terra ad ſe ꝯuertit aquam pꝛimo virtutes terre intrant ſubſtantiā ⁊ alterant eam/⁊ aque quaſi dominantes tenent eam/⁊ tūc incipit aqua ſtare ⁊ terminari/⁊ tamen adhuc perſpicuitatem nō amittit ⁊ tunc deinde coꝛrumpit̃/⁊ tranſit in terram ⁊ accipit terre qualitates que ſunt opacum ſiccum. Similiter eſt etiam de alijs elementis tranſmutatis ad alia. Omnino eñ eſt ſimile de virtutibus mixtoꝝ/ſicut patet in ſucco plantaꝝ ⁊ cibo animaliū. In his enim virtutes animatoꝝ pꝛimo alterant/⁊ poſtea quaſi apprehenſam tenent materiam/⁊ poſtea ꝯuertunt in partem coꝛpoꝛis qđ nutritur. Et per omnem eundem modū eſt de virtute lapidificatiua/cum diffunditur in aliquo loco/ſiue ſit aqua ſiue terra/materiā quam tangit pꝛimo alterat/⁊ poſtea dominās eiuſdem tenet eam/⁊ poſtq̄ tenuerit ⁊ vicerit ꝯuertit eam in lapidem. Fit autem hec operatio tribus modis in genere/licet in numero modi eius ſunt infiniti. Quoꝝ vnus eſt ꝙ virtus apprehendens materiam alterat ipſam ſolum ſm̄ qualitates actiuam ⁊ paſſiuā quibus opatur in ea: ⁊ hec eſt virtus debilis. Secundo aūt modo fit ꝙ alterat eam tam ſm̄ qualitates q̄ etiam ſm̄ pꝛoximos effectus illarū qualitatū qui ſunt duricies ⁊ mollicies/ita ꝙ diaphanitas ⁊ opacitas a materia nō remouent̃/⁊ hec eſt virtus foꝛtioꝛ/⁊ hoc modo generant̃ lapides diaphani. Tercio aūt modo fit ꝙ totam materiam apprehendit tam ſm̄ pꝛoximos effectus q̄ etiam ſm̄ ꝯſequentes/⁊ tunc qualitates inducit ⁊ duriciem ⁊ molliciem ⁊ coloꝛem illius materie pꝛopꝛium permutat. Et iſto modo etiam ex aqua aliqñ generant̃ lapides non diaphani/vel nō ad plenū diaphani/ſicut eſt calcedonius ⁊ ille qui dicit̃ lapis buffonis/⁊ alij quidem lapides. Sunt aūt in omnibus his modis gradus multi de quibus inferius mentio habebitur/cum de lapidibus ꝓcioſis agetur. Huius aūt exemplum eſt ꝙ aliqñ vis terreſtris que opatur frigido humidū compꝛimente/⁊ ſicco/ſic opatur in aquam ꝙ ſolum in ea remanet virtute hmōi frigidi ⁊ virtute hmōi ſicci. Et tunc lota in tali aqua exiccant̃ vehementer ⁊ infrigidant̃: ⁊ tales aquas que virtute ⁊ nō actu habent qualitates diuerſoꝝ elementoꝝ ſupꝛa modum ſtudent facere alchimici vt per eas exiccent ⁊ coagulent hoc qđ volunt tranſmutare: ꝓpter hanc cauſam habent libꝛos de ſeptem aquis ꝯſcriptos. Aliqñ autem vis terrea apprehendit aquā ita ꝙ frigidū iam expꝛimit humidū/⁊ ſiccum terminat materiā in ſeipſa manente aque tranſparentia. Peruietas eñ aque non ꝯuenit eidem inquantū eſt frigidū vel humidū vel vtramqȝ habens qualitatem/ſed inquantū ꝯuenit cū celeſti coꝛpoꝛe/⁊ ideo ꝯuenit ſubſtantie aque ante qualitates actiuas ⁊ paſſiuas ſm̄ naturam/eo ꝙ cōmunioꝛ eſt elementis q̄ aliqua qualitatū actiuaꝝ ⁊ paſſiuaꝝ. Et cum ſic opatur terre frigiditas ⁊ ſiccitas inducent̃ neceſſario pꝛoximi effectus earum in aquam que ſunt duricies ⁊ coagulatio/⁊ tunc fit lapis peruius. Aliqñ autem vincit amplius inducendo ſubſtantiam aque ad opacitatem ⁊ naturam terre: Et tūc ex aqua fit lapis opacus ⁊ foꝛte nigerrimus/ſicut ſunt lapilli quidam abundanter in ripis fluuioꝝ inuenti/qui tamen aliqñ ex materia terreſtri generant̃ ſicut inferius oſtendemus. Sicut autem diximus de terra/ſic intelligendū eſt fieri de qualitatibus omnium elementoꝝ/⁊ adiciendū ꝙ virtus elementi ſit materialis/⁊ virtus celeſtis inſtrumentalis/⁊ foꝛmalis ſit virtus motoꝛis/⁊ qđ ex omnibus reſultat eſt virtus infuſa materie ⁊ loco lapidum/ſicut ſatis in ante habitis dictum eſt. De cauſis ergo ex quibus lapidū generatio in cōmuni cognoſcit̃ ſatis hoc modo ſit determinatum.

Virtutis lapidificatiue operatio triplex.

¶ Tractatus ſecundus Pꝛimi libꝛi de mineralibus/qui eſt de accidentibus lapidū.

NUnc aũt de his que per ſe lapidibus accidũt eſt dicendũ. Accidentia aũt que primitus accidunt lapidibus in cõmuni ſunt multa. primũ tamen inter ea eſt cõmixtio materie. Dicamus ꝙ ſi materia eſt ſicca vehementer tũc ipſa nõ bene erit cõmiſcibilis ⁊ tunc aut locus erit poroſus nõ ſolidus
Gñatio lapidis ſabuloſi. aut ſolidus. Si nõ eſt poroſus ſed ſolidus generat̃ valde lapis vnus ſabuloſus quando ſic capit̃ ꝓferens minucias ſabuloſas qui diuerſificant̃ ſm quantitatem ſiccitatis ⁊ caloris ipm coagulantis: quia aliquando forte cõtricat̃ in ſabulũ quando caliditas multa exiccauit. Et ſi locus eſt valde poroſus per quem vbiqꝫ egredit̃ calor coquens
Gñatio ſabuli terram vnctuoſam tunc calor ille diuidit materiã illam in parua ⁊ decoquit eam in ſabulũ minutũ. Et ſi fuerit materia viſcoſa valde
Gñatio lapilloꝝ. tunc diuiſa redigit in paruos lapillos diuerſe quantitatis qui duriſſimi ſunt ⁊ diuerſoꝝ coloꝝ ꝓpter materie diuerſitatem. Lapides aũt qui quãdo ſecant̃ optime planant̃ ⁊ poliunt̃ quoꝝ abraſio eſt minutiſſima ſunt ex materia optime cõmixta in qua primo operatũ eſt humidum faciens fluere quamlibet partem ſicci ad quamlibet ⁊ poſtea apprehenſum humidũ eſt exiccatũ ⁊ ideo lapis talis bene eſt cõmixtus. Eſt enĩ ſubtile ⁊ humidũ bene cõmiſcibile cũ ſit penetratiuũ partiũ ⁊ partis partiũ ſicut dictũ eſt in ſcđo pigeneos. Pre omnibus tamen ⁊ hi lapides bene cõmixti ſunt qui vaporabiliter miſcentur/ ⁊ illi pre omnibus poliunt̃ bene ⁊ ſplendidi efficiunt̃ eo ꝙ ſubſtantia vaporis iam vergit ad ſubtilitatem aeris ⁊ humiditatẽ: ⁊ hec duo ſunt ſubtiliora ⁊ magis ſe inuicem penetrantia in forma aeris ꝙ̃ in forma aque ⁊ terre. Ex eiſdem aũt cauſis eſt compactio ⁊ ꝯtinuitas bona ⁊ his oppoſita. Quoꝝ̃ enĩ ꝙ enĩ materie optime cõmixte ſunt niſi calidũ decoquens exiccet humidũ hoꝝ eſt optima cõtinuitas ⁊ compactio fortis. Huius aũt ſignũ eſt in opibus artis que naturã imitant: Hi enĩ qui lateres faciunt primo quidem cum terra cõmiſcent aliqua que cohercere faciũt partes ſicut ſunt ſtercora equi ⁊ aliqđ hmõi ⁊ facta materia glutinoſa ſtudent hec optime cõmiſcere ⁊ quanto melius hec cõmixta ſunt tanto planiores ⁊ compactiores fiunt lapides. Idem aũt faciunt figuli qui nõ quamcunqꝫ terram ſed tenacem que glis vocatur in materiã ſumunt cum de luto fingere volunt cõmiſcent aũt optime antꝙ̃ fingant ⁊ tunc reſidere permittunt ad tempus in ea humidũ ⁊ ſuperfluũ humidũ ad ſolem extrahunt ⁊ deinde coagulant vaſa ad ignem digeſtione que vocatur decoctio. Oportet igit̃ ⁊ naturã hunc habere modũ in cõmixtione lapidũ. Terra ergo primo penetrat̃ humido aut corporali aut ſpirituali ⁊ deinde antꝙ̃ ab ea ſeparatur humidũ ſuperfluũ ⁊ toti ea tempore longo imbibat̃ in ea humidũ ꝯtinuans/ ⁊ per calorem opticum extrahi nõ poteſt hec materia per talem digeſtionem ꝯuertit̃ in lapidem. Et ſi inueniat̃ terra aliquando nõ complete ꝯglutinoſa iuxta lapides illos ſcimus quia talis materia ſatis eſt paſſa/ ⁊ ideo indigeſta remanſit. Lapidũ aũt genera que ex aqua fiunt/ que paſſa eſt a terreſtri ſicco frigido optime compacta ſunt ⁊ quaſi polita eſſe videnť ꝓpter hoc ꝙ aqua eſt de numero pollitoꝝ ⁊ eius quelibet pars in quamlibet fluit ⁊ in tali ꝯtinuitate coagulat̃ ⁊ ꝯgelat in lapidem. Hoc modo dictum ſit de lapidum cõmixtione.

¶ Caplm̃ primũ De his que bene ⁊ male cõmixta ſunt.

MOdus aũt quo determinat̃ de coloribus lapidũ ſumendus eſt ex libro de ſenſu ⁊ ſenſato cuius nos ſcientiã inferius tradituri ſumus tempore oportuno ⁊ ideo que hic ſupponimus ibi erunt manifeſta. Supponit̃ igitur hic ꝙ omne qđ eſt perſpicuũ in quocunqꝫ genere corpoꝝ eſt cauſat̃ ex multis partibus perſpicuis corporis que veniunt in compoſitionem corporis qđ eſt perſpicuum. Albedo aũt albi cauſat̃ ex multis perſpicuis in altera re determinatis. Nigrũ aũt ex partibus opaci corporis opprimentibus partes perſpicuas que ſunt in eodem corpore. Medij aũt
Cauſa ꝑſpicuitatiſ lapilloꝝ. colores cauſant̃ ex commixtione hoꝝ per tres vias ſicut in ſcientia de ſenſibilium generatione oſtendetur. Dicamus igitur ꝙ omnes lapides perſpicui cauſant̃ ex multa materia aeris ⁊ aque que terreſtri apprehendente materia eſt ꝯgelata ⁊ aggregata: ⁊ ſi illa quidem perſpicuitas nõ eſt coloris alicuius ſed remaneret perſpicuitas aeris vel aque tunc ſignũ habet ꝙ ſola frigiditas excellens apprehendit materiã ⁊ hec eſt ſicut perſpicuitas criſtalli ⁊ berilli ⁊ adamantis ⁊ lapidis qui vocatur yris ſed differentiã habent in perſpicuitate ⁊ natura aquea/ quoniam criſtallus non ſolum materiam aque habere videtur ſed aqueitatem declinantem in aereitatem ꝓpter qđ maxime perſpicuus eſt ⁊ ad claritatem declinans. Berillus autem magis ad aquam declinat vnde cum voluitur quaſi aque gutte magne manare videnť. Adamas autem magis habet ex aqueitatem tractam ad ſiccũ terreſtre ꝓpter qđ obſcurior eſt ⁊ duriſſimus ita ꝙ collidat alia metalla preter calibem duriſſimus ideo ꝙ calibs etiã eſt aqueitatis ⁊ terreſtreitatis ſicciſſime. Et ideo etiã ꝙ lapis adamas cũ fuerit acuti anguli ſcindit ⁊ incidit omne ferrum ⁊ penetrat vitrũ ⁊ ideo omne metallũ: yris aũt fit ex aqua que [illegible] rorante quodã terreo vapore partim ex rore reſoluto ꝯgelat̃. Et ideo etiã ex ſole perſpicuus yris videtur depingit iris in oppoſito pariete. Similiter aũt ⁊ ſplendentes ex tribus fiunt materiis. Iuxta enim ripas fluminũ frequentiſſime inueniunt̃ lapides

obſcure perſpicuitatis ſcḋm magis ⁊ minus. quorum color nō cauſatur niſi ex perſpicuo aut ex compoſito aut cōmixto cum terreſtri obſcuro in parte vel in toto/ ⁊ horum color quia facile eſt ex dictis ſcire cauſam pertranſeo.

Cauſa nigredinis lapidum

Niger aūt color in lapidibus frequentiſſime cauſatur ex terreſtri combuſto: ꝓpter qḋ etiam vt frequenter lapides nigri duriſſimi ſunt ⁊ magis politibiles ꝙ̄ ſecabiles ſunt. Hic enī color nō cauſatur niſi ex priuatione perſpicui in cōmixtione ſicut patebit cum de ſcientia colorū tractabit. Medij aūt colores ſunt rubeus in genere viridis ⁊ flauus ⁊ differentie ipſorum.

Cauſa ruboris

Et ſicut dicit in libro de ſenſibilibus rubeus erit quando ſuper perſpicuū luminoſi infunditur fumus tenuis ſuccenſus. Et iſte inuenit in quibuſdam lapidibus qui vocant iacincti aquatici ⁊ in tribus generibus carbunculorum ꝓpter qḋ ab Ariſto. omnes iſti calidi ſcḋm naturā eſſe dicunt.

Ariſtot.

Differunt aūt in rubore quoniam ſi fuerit perſpicuitas multa ⁊ fumus ſuperfuſus valde tenuis ⁊ lucidus eſt color eius qui vocat palacius ſiue palaciū. Si aūt fuerit perſpicuitas multa ⁊ fumus quaſi igneus accenſus ſpiſſus tunc eſt color eius qui vere dicit carbunculus ⁊ ideo ille qui vere ſpeciem ſuam attingit lucet in tenebris ſicut noctiluca ⁊ maxime quando ſuperfundit aqua clara ⁊ limpida. Si aūt fuerit perſpicuitas aliquantulū ſpiſſa ⁊ fumus ſupernatans fuerit obſcurior aliquantulū erit color eius quem vocat granatū eo ꝙ ad modum grani mali granati colorat. ⁊ hos omnes tres vocat Ariſt. carbūculos ⁊ nobiliorem ⁊ ſicciorem inter hos dicat eſſe granatum cum tamen minoris ſit precij apud excluſores ⁊ artifices.

Qui ſint carbūculi apud Ariſt.

Ille aūt qui a quibuſdam iacinctus aquaticus vocatur colorem habet qui componit ex aquatico perſpicuo limpido ⁊ nō aereo ⁊ ſuperfuſum habet fumū aquaticū ſuccenſum ſicut eſt in nube celi ⁊ non in aurora. Eodem aūt modo inuenimus colores lapidū perſpicuorū qui ſunt flaui coloris. Si enī lapis ſit perſpicue ſubſtantie ⁊ valde clare ⁊ immixtū habeat ſubtile terreſtre valde combuſtū tūc erit color ſaphiri clariſſimi ⁊ habebit differentias colorum ſcḋm ꝙ illud perſpicuū cum illo terreſtri ſubtili combuſto fuerit clarius ⁊ obſcurius. Flammeus enī clarus ⁊ purus color abſqȝ dubio cauſat ex multo perſpicuo quoniam viſus penetrat in ipſum ita ꝙ lux non obuiat viſui nec aliqḋ luminoſum. Si aūt cū tali cōbuſto vaporoſo terreſtri ſit perſpicuū aqueū aliquantulū ſpiſſum tunc reſultat color iacincti qui ſatis minus clarus eſt ꝙ̄ color ſaphiri nobilis. Color aūt ſcintillans ⁊ ceruleus cauſat ex lucido perſpicuo qḋ ſuperducit tenui ⁊ modico vapore aqueo incenſo ⁊ hic eſt color viridis qui topazion vocat ⁊ in quocūqȝ lapide inueniunt vene aurei ſplendoris ſicut in criſopaſſo ⁊ criſolito color illarum venarum ex eadem cauſa generat. Sunt aūt multi lapides perſpicui qui ſunt virides/ ſicut ſmaragdus ⁊ criſolitus/ ⁊ lapis qui vocatur praſma licet diuerſa viriditas ſit in eis/

Cauſa coloris viridis

omnium aūt horū colores ex vna ⁊ eadem cauſa generant. fit enī ex perſpicuo aqueo cum terreſtri fortiter aduſto ⁊ ſcḋm hoc qḋ eſt clarius vel minus clarus/ ſit etiam illa viriditas clarior ⁊ minus clara. Huius aūt ſignum eſt in vitro qḋ ex cōmixtione fit plumbi hoc enī eſt viride valde ⁊ efficitur tanto purius quanto ſepius ⁊ magis comburit. In combuſtione enī iterata depurat perſpicuū ⁊ ſubtiliat ⁊ aquee nature magis infundit claritas luminis ignei ⁊ ideo clarificat. Color aūt medius qui quaſi fuluus eſt ⁊ ceruleus ſicut eſt in lapide qui vocatur corneola cauſatur ex perſpicuo terminato qḋ ſpiſſo fumoſo aqueo ſimiliter ⁊ terreſtri ſuccenſo ſuperinfuſum eſt. Et iſti ſunt fere omnes colores qui in lapidibus precioſis inueniunt. Poſt eum qui eſt onichini ⁊ niueum ſcintillantem quo dicit colorari lapis qui dr̄ orphanus. Componit enī lapis onix ſiue onichinus ex ſubſtantia que eſt duplicis coloris ⁊ inuenit aliquando ex pluribus coloribus ꝙ̄ duobus vt frequenter aūt componit ex duplici colore quorum vnus ſuperuatat alij. Inferior quidem eſt ſicut carneus qui eſt ex terreſtri valde fumoſo vaporabiliter cōmixto. Superior aūt eſt ſubpallidus aliquantulū fuſcus ⁊ hic cauſat ex victoria perſpicui ſuper opacū in cōmixtis partibus ita tamen ꝙ opacū ſit alterans albū in. Et talis ſubſtantia eſt quando aqueū cōmixtū terreo ſubtili pauco vaporat ⁊ euaporando coagulat in lapidem. Inueniunt aūt onichini valde rubeas habentes venas ⁊ albas valde: quorum colorum nō eſt difficile inuenire cauſas ex predictis. Niueus aūt ſcintillans abſqȝ dubio cauſat ex hoc ꝙ ipſe cōmixtus eſt ex perſpicuo corpore quaſi firmato omnis enī perſpicui puluis inuenit albiſſimus ⁊ cum ornat pulus reſultat corpus albū micans ſicut margarita qḋ contingit ex verberatione luminis ad ſuperficies partiū politarum ꝓpter qḋ lapis dicitur aliquantulū lucere in tenebris ſicut noctiluca. In die enī tegitur lux que eſt incorporata diaphano in lapide ꝓpter maius lumen, ſed in nocte lucet ⁊ ideo in die lapis iſte albus videt ſicut noctiluca. Horum aūt omniū perfecta ratio tradi habet in ſcientia de ſenſibiliū generatione. Inuenit aūt lapis multorum valde colorum ꝓpter qḋ etiam panthera vocat cuius omnes colores cauſant ex diuerſis ſubſtantijs ex quibus componunt partes: eadem enī ratio eſt in toto ⁊ in parte quo ad corporis tincturam. Tanta igitur ⁊ tot ad ſcientiā colorum qui inueniunt in lapidibus precioſis dicta ſunt. Ametiſtus aūt ſequitur rubeum in perſpicuo obſcuro Et calcedonius ſequitur berillum in ſubſtantia quaſi perſpicua lutea ⁊ feculenta ſicut plumbum imitatur argentum.

¶ Cap. terciū tractatus ſecundi De coloribus lapidum perſpicuoꝝ nō terminatoꝝ ⁊ non precioſoꝝ.

LApides aūt hi qui perſpicui ⁊ non terminati inueniunt ſubſtantie multoꝝ valde ſunt coloꝝ: ⁊ ſunt quatuor generꝝ vt in cōmuni ſit dicere/ ſilices videlicet thophi ⁊ quadrū ⁊ marmor. In omnibus his generibus inueniunt colores multi niger/ videlicet glaucus virens aliquantulū ⁊ albus. Extra genus aūt marmoris vix rubeus magnus lapis ſed paruuli rubei inueniunt precipue in marmoꝝ generibus. Et de omnibus generibus coloꝝ eadem eſt ratio que in p̄cedentibus dicta eſt/ ſed hoc accidit generibus marmoꝝ ꝙ abſtracte aliquas partes micant aliquantulū ſicut metallo mixte ſint. Et hoc ↄtingit hac de cauſa ꝙ in ſubſtantia eoꝝ cōmixtū ingredit perſpicuū cuius ſuperficies quando eſt inſpiſſata in partibus fulget vel micat. Et hec vna cauſa eſt quare eſt nobilius genus marmoꝝ ceteris generibus lapidū. Niger aūt frequenter in tali genere lapidū cauſat ex terreſtri ſulphureo cōmixto coagulato. Albus aūt ex terreſtri ſubtiliſſimo qḋ cōmixtū eſt aqueo multo: hoc enī albeſcere facit ſicut facit terreſtre in caſeo ⁊ lacte. Glaucus aūt cauſat ex terreſtri opaco qḋ alterat modicū album qḋ ex terreſtri ſubtili ⁊ aqueo multo coagulari cepit. Virens aūt in omni genere cauſat ex multo aqueo vaporibus [illegible] mixto: ⁊ ſic coagulato. Quadri aūt genus eſt habens plures vel omnes hos [illegible] in partibus ꝓpter multa genera materiaꝝ in loco illo congregata. Thophi aūt frequenter aut terrei ſunt coloris aut albi ſicut pumices. Hoc enī genus lapidis eſt ex terra in qua ſpuma aque eadem terre commixta generat: ⁊ ideo cum calido coagulatū eſt digeſtione que [illegible] ſis vocat/ ſpongioſum ⁊ leue [illegible]. Spuma aūt ſic ex aqua magna cuius ſpūm vehementer [illegible] a terreſtri ſibi permixto: ⁊ ideo eſt albus ꝓpter ſpūm talis albedinem. In generibus aūt marmoꝝ albū qḋ vocatur alabaſtrū abſqꝫ omni ambiguitate componit ex multo perſpicuo qḋ eſt alteratū ⁊ paſſum vehementer a terreſtri ſubtili ⁊ ſic reſultat in eo color nobiliſſimus micans. hoc aūt qḋ vocat porfiriticū marmor habet colorem obſcure carnis cū albis guttulis ⁊ nos iam diximus cauſam talis coloris. Silices vero vt plurimum ſunt fuſci coloris cuius etiam cauſa eſt ſufficienter aſſignata. Sufficiat ergo de coloribus lapidū hoc qḋ nunc dictū eſt.

¶ Capitulū quartū De cauſa duriciei diuerſe que eſt in lapidibus.

DIcemus conſequenter de diuerſitate duriciei que multas diuerſitatū inuenit in lapidibus. Omnia enī genera lapidū precioſoꝝ adeo ſunt dura ꝙ nec lima aliquid ab eis tollit qḋ colliſi ad ſe fortiter vt ad calibem induratam emittunt ignem. Econtra vero fere omne genus thophi ita inuenit parum habens de duricie ꝙ modico inſtrumento inciſibile eſt: lapides aūt quidam albi qui vulgariter creta vocant ⁊ quidam etiam molliores ⁊ albiores inueniunt minus habentes de duricie in genere lapidū. Omne aūt genus ſilicis duriſſimū eſt ⁊ poſt hec marmora in genere ſuo. Quadrum aūt mediū eſt in duricie lapidū ⁊ tamen in illo inuenit maior ⁊ minor duricies/ ſed hoc accidit cōmuniter lapidibus durioribus qui diu iacentes in aere tempore frigoris poſtea ad ſolem ſcindunt in multas partes. Econtra aūt qui ſunt minus duri [illegible] ſunt male cōmixti quaſi in modū calcis combuſti [illegible] coagulante quanto diutius in aere iacent in edificiis meliores efficiunt ⁊ duriores/ ⁊ nō ſcindunt ex frigore. Difficile aūt eſt aſſignare cauſam hoꝝ accidentium ex materia ⁊ efficiente quemadmodū in aliis dictum eſt. Dicamus igitur ꝙ cauſa generalis duriciei eſt ſiccitas. Cum enī durū ſit habens potentiam naturalem ad reſiſtendū tangenti ⁊ molle cuius nature habeat impotentiā: nō poteſt cauſari niſi ex ſicco qḋ in ſeipſo ſtat nō cedens ad alterū. Siccitas aūt ex duobus cauſat in natura lapidum ſicut ſuperius patuit. Aut enī eſt ex hoc ꝙ ex terreſtri materia calidū euaporauit humidū ⁊ ideo remanſit terre induratum. Aut eſt ex hoc ꝙ ſiccitas frigidiſſima vehementer apprehendit humidum perſpicuū ⁊ ipſum ad ſui ꝓprietatem ↄuertendo expreſſit humiditatem vehementer comprimendo ⁊ indurauit ⁊ excellenter compegit ſicut eſt in lapidibus perſpicuis ꝓpter qḋ duriſſimi ſunt ⁊ colliſi etiam ignem emittunt ⁊ nō ſuſtinent limam/ ſed oportet ꝙ quaſi lapidando ⁊ comminuendo poliantur. In ceteris aūt lapidibus ex materia terre factis: cauſa duriciei maioris non eſt niſi maior ariditas q̄ cauſatur ex calido fortiori vel minus forti ex parte efficientis ⁊ ex humido facilius ⁊ minus faciliter a materia ſeparabili quantū eſt de parte materie. Vnctuoſum enī valde humidū de facili continuatur ⁊ omnino aqueū de facili vaporat/ propter qḋ lapides qui ſūt vt creta vel molliores q̄ creta valde albi ſunt ⁊ tincturam albam relinquunt in hiis que tangunt pro certo humido valde euaporabili cōmixti ſunt ⁊ calido excellenti vltra coagulationis menſurā combuſti ſunt ⁊ iam calcinari inceperunt ꝓpter qḋ in muris nō remanent [illegible] calcinato exterius ſemper ſunt aſperi ⁊ hoc excedēs in [illegible] relinquit aliam partem lapidis cemento nō agglutinatā ⁊ ideo cadunt de muris lapides illi ⁊ murus de ipſis pulueroſus efficit ſicut materia. Silices autem duriſſimi ſunt eo ꝙ humidū eoꝝ iam nō ſeparabile a materia multum eſt euaporatū ⁊ vehementi ariditate terreſtri eſt induratū. Et ideo etiā illi cementū

Cauſa duriciei

Alia cauſa duriciei.

Cur ſilices ſunt duriſſimi

nō bene accipiunt eo ꝙ poris eorum ꝯſtrictis nō imbibit/ ꝓpter qđ in architectonicis lathomi his raro vtunt̄/ ⁊ dicunt ꝙ iſti lapides ſcandunt muros. Marmoꝛ aūt genera alia optime cōmixta ſunt/ ⁊ vehementer decocta/ ⁊ ideo dura ſunt ⁊ eorū muris apta. Sed quadri lapides plus ceteris ꝯueniūt edificijs/ ⁊ quando vehementer duri ſunt tunc ſiccitas eſt eorū magna/ ⁊ paruū humidū ꝯtinuans partes qđ quando frigore ꝯgelatur relinquit exteriores partes ⁊ fugit ad interiores/ ⁊ eſt tale humidū nō bene partibus incorporatum/ ⁊ ideo de facili mouet̄ ad interiora ⁊ exteriora ꝓpter qđ poſtq̄ ipſum frigus ꝯtinuitatis mobile fecit, epotat̄ a proximo calido ſolis/ ⁊ tunc in diuerſa diuidit̄ lapis. Econtra aūt lapides aliquantulū humidi humido bene membris lapidis inuiſcato in aere vehementer exiccant̄/ ⁊ ideo duriores ⁊ meliores in edificijs per longitudinem tempoꝛis efficiunt̄. In thophis aūt cauſa molliciei eſt humidū non vehementer extractū nec terreo excellenter cōmixtū/ ⁊ ideo mollis eſt thophus/ ⁊ ad ignem poſitus nō coquit̄ vt later ſed format̄ in cinerem terreſtrem. Hec igitur de duricie lapidū dicta ſunt/ ex his enim ⁊ alie diuerſitates de facili poſſunt cognoſci.

Cauſa molliciei thophi

¶ Capitulum quintum De dolabilitate ⁊ indolabilitate lapidum.

Ex iſtis iam patere poteſt dolabilitatis ⁊ indolabilitatis cauſa. Lapides enī excellenter duri dolabiles nō ſunt/ ſed cōminuibiles in partes: ⁊ quando ordinatos nō habent poros nō ſcindunt̄ ad regulam. Sicut enī in lignis ꝯtingit nodoſitas ex diuerſo fluxu ſicci ex quo ligni generat̄ corpus: ita ꝯtingit ex diuerſa cōmixtione in lapidibus ⁊ materie ꝯfuſione/ ⁊ nodoſitas illa facit ꝙ lapis inordinate frangat̄ ⁊ nō ad regulam. Duriſſimi tamē ⁊ ſicciſſimi lapides ſiue nodoſi ſint ſiue nō cōminuibiles ſunt magis ꝙ̄ dolabiles eo ꝙ ꝯſtrictione aut oppreſſi conſtricti ⁊ diſtricti ſunt pori illis ita ꝙ in diuerſa dematur ſciſſura ⁊ diuiſio ipſoꝝ. Quicūqꝫ aūt nō vltra temꝑamentum lapidis ſunt conſtricti vel indurati dolabiles bene ſunt ⁊ ſecabiles ad regulam licet nō poſſunt ſecari vt ligna ſed potius per partes minutatim extractas reliquo corpore lapidis ſimul manente. Iſte igitur eſt modus dolabilitatis ⁊ indolabilitatis lapidis. Hoc etiam oſtendunt ipſa artis lathomoꝝ inſtrumenta: lathomi enī lapides dolabiles ſunt ad regulam ſm̄ totam ſuperficiem lapidis. Indolabiles aūt qui cōminuibiles ſunt nō in tota ſuperficie dolant̄, ſed ſufficit ꝙ plures anguli nō plane ſed aſpere ſuꝑficiei pertingāt ad lineam ſicut dicunt̄ facere lathomi lombardi/ eo ꝙ in Lombardia in ſilanis nō niſi lapides cōminuibiles inueniunt̄.

¶ Capl'm ſextū De cauſa poroſitatis ⁊ compactionis lapidū ⁊ grauitatis ⁊ leuitatis eorundem..

Iuxta hunc modū etiam determinat̄ de cauſa poroſitatis lapidū ⁊ cauſa compactionis eorundem. Inueniunt̄ enī lapides quidam tante poroſitatis ꝙ natant ſuper aquā ſicut lapides quos eicit vulcanus ⁊ pumices: quidā compactiſſimi inueniunt̄ ſicut lapides precioſi ⁊ marmoꝛ genera: quidam aūt quaſi medij inueniunt̄ inter hec. Et cauſa quidem poroſitatis nō eſt alia niſi quia humidū nō totum cōmixtū fuit cū terreſtri ſed in diuerſis partibus eius ſtetit ſicut in vaſe qđ cum epotatū fuit oppreſſi remanſerant foraminula ⁊ factus eſt lapis poroſus ꝓpter incluſum aerem in foraminibus illis natans ſuper aquam. Compactio aūt precipue facta partium eſt ab humido vndiqꝫ penetrante lapidis materiā ꝓpter qđ quamlibet partem eius fluere facit ad quamlibet partem ⁊ ideo compactus factus eſt lapis. hoc autem humidū eſt corporale ⁊ aqueū aut ſpirituale aut aereum. Et quia aereum ſubtilius eſt ꝙ̄ aqueum ideo compactioꝛis ſubſtantie ſunt lapides ex vaporibus cōmixti ꝙ̄ ex alia ſubſtantia aquea vel terrea. De cauſa aūt grauitatis aut leuitatis lapidū ſuperfluū eſt hic intendere cum de hoc in de celo ⁊ mundo ſufficienter ſit pertractatū vbi oſtenſum eſt quare lapides leuiores ſub aqua merguntur cum ligna grauiora ſuper enatant aquis. Hec igitur in cōmuni de lapidibus dicta ſunt.

Cauſa poroſitatis lapidum

Cauſa cōpactōis

¶ Capitulum ſeptimū De cauſa multitudinis paruoꝝ lapidū iuxta littora ⁊ de ordine lateꝝ qui aliqn̄ in littoribus quaſi artificialiter poſiti inueniunt̄.

Preter omnia iam dicta accidit aliqn̄ iuxta ripas fluuioꝝ ⁊ mariū inueniri multitudinem magnam paruoꝝ lapidū colligatoꝝ quaſi cemento fortiſſimo: ac ſi de muro aliquo ſumpti ſint: ꝓpter qđ etiam putant quidam opera antiquoꝝ fuiſſe ibi ⁊ deſtructa per aquam. Et ꝙ mirabilius eſt per totam longitudinem littoris inuenit̄ aliquando ordo laterū ac ſi artificialiter ibi poſiti ſint cum tamen hoc nō videat̄ eſſe opus artis eo ꝙ valde tenue ſit nō habens modū muri alicuius ſed tantum later iuxta laterem ſic nihil ſupra ſe vel infra ſe de lateribus. Dico aūt ꝙ cauſa primo inter iſta duo videlicet ꝙ lapides parui quaſi cemento inueniuntur ꝯglutinati eſt ꝙ primo coagulati fuerunt illi lapides diuerſi ⁊ fuit in loco illo materia ad modū calcis aduſta per oppreſſum calorem poſtea influens aqua cōmiſcuit eam ⁊ lapides per eandem iterato decocti ꝯglutinati ſunt. Eſt aūt duriſſimū illud cementū quia quotienſcūqꝫ decoquit̄ oppreſſi ſiccum terreſtre calcinat̄ ⁊ iterato oppreſſi ſupra modū durum efficit̄ quaſi inconſumptibile per ignem. Hoc aūt

Miraculum

in operibus ꝓbatur artis/ vbi teſta contrita ⁊ calcinata ⁊ iterū humido cōmixta in teſtā formata ⁊ opteſi coagulata duriſſima efficit/ ⁊ inconſumptibilis ab igne/ ꝓpter qḋ taliter facta vaſa querunt artifices cum tundunt metalla. Non eſt aūt cauſa alia quare lateres ab arte tantū etiam nō a natura fieri dicant. Si em̄ lutum tenax in terra cōmiſceat ⁊ calido poſtea incluſo in terra decoquit later melior ſit in terra per naturam ꝗ̄ per artem/ ⁊ hoc maxime iuxta littora marium ⁊ ripas fluuioꝝ fieri poteſt eo ꝙ illa loca humida frequenter miſcent/ ⁊ radijs ſolis caleſiunt/ ⁊ ſolida ſunt ad continendū intra calorem ne euaporat. In talibus etiam ſolis locis hmōi impreſſio inueniunt. Non em̄ eſſet ratio quare ars vnum laterem poneret iuxta alium ſm̄ vnius linee ordinem tantū nihil amplius edificando.

¶ Caplm octauū De quibuſdam lapidibus habentibus intus ⁊ extra effigies animalium.

Opinio Aui. de effigiebus animaliū in lapid.

Admirabile omnibus videtur ꝙ aliq̄ñ lapides inueniuntur intra ⁊ extra habentes effigies animalium. Extra em̄ habent lineamenta ⁊ quando franguntur inueniuntur in eis figure inteſtinoꝝ. Et huius cauſam dicit Auicenna eſſe ꝙ animalia ſm̄ ſe tota aliquando mutant in lapides ⁊ precipue in lapides ſalſos. Dicit em̄ ꝙ ſicut terra ⁊ aqua ſunt materia lapidū ita etiam materia lapidū ſunt animalia que cum in locis in quibus vis ſpirat lapidificatiua tranſeunt ad elementa ⁊ apprehendunt a qualitatum ꝓprietatibus que ſunt in illis locis ⁊ mutantur elementa que ſunt in corporibus taliū animaliū in dominans elementū terreſtre videlicet cōmixtum cū aqueo ⁊ tūc virtus mineralis conuertit ipſum in lapidem ⁊ retinent figuras ſuas membra intus ⁊ extra ſicut prius: ſunt aūt hmōi lapides ſalſi nō duri frequenter quia oportet virtutem eſſe fortem que ſic tranſmutat corpora animaliū ⁊ hoc comburit aliq̄ntulū terreſtre in humido ⁊ ſic generat ſalſis ſaporem. Hoc aūt teſtatur fabula Gorgonis que ad ſe reſpicientes dicit conuertiſſe in lapides. Gorgon virtutem fortem mineraliū vocauerunt reſpectum aūt ad eam vocant diſpoſitionem humorum corporum ad virtutem lapidificatiuam. Hec igitur ſunt que de lapidibus in cōmuni videbantur dicenda.

¶ Finitur liber primus de mineralibus.

¶ Incipit liber ſecūdus qui eſt de lapidibus precioſis. Capitulū primū de cauſis virtutū lapidū precioſorum et redargutione dicentium in lapidibus non eſſe virtutes.

Conſideratiōem aūt facientes de lapidibus ꝑcioſis non loquemur de cauſa coloris eoꝝ: Neq̄ de paſſibilitate eorū vel duricie vel aliquo hmōi eo ꝙ de om̄ibus his in ſuperiori libro expeditū eſt quantū ſufficit ad hanc intentionem ſed tria ſunt que potiſſime ſunt inueſtiganda virtutis eorū cauſa videlicet ⁊ deſcriptio eorū ſigillatim/ ⁊ ſigilla que inueniunt in quibuſdam eorū depicta. His tribus habitis nō querimus amplius phyſice ſcire de lapidū natura. Cauſa aūt virtutis lapidū occulta eſt valde ⁊ varia in ea ſenſiſſe videnī multi phiſiologoꝝ. Multi etiam dubitare videnī an inſit lapidibus virtus aliqua de his que videntur eſſe in eis ſicut curare antraces/ fugare venena/ conciliare corda hominū/ facere victorias ⁊ hmōi aſſerentes nihil ineſſe compoſito niſi ex compoſitione ⁊ compoſitis. Operatio em̄ talis qualis dicit ineſſe lapidibus non cauſat ex componentibus eoſdem. Nulla em̄ nō conuenit eis niſi calidū ⁊ humidū ⁊ durū ⁊ paſſibile eſſe ⁊ hmōi que in accidentibus determinata ſunt. Amplius aūt cum nobiliora ſint animata ꝗ̄ lapides deberent vt inquiunt potius habere virtutes que lapidibus attribuunt ꝗ̄ lapides. His igitur ⁊ hmōi rationibus vtunt qui nullas concedunt lapides/ virtutes habere. Omnis aūt contrariū expertū eſt ſapientiſſime quoniam magnetem videmus ferrū attrahere/ ⁊ adamantem illam virtutem in magnete reſtringere. Adhuc aūt expertū eſt ſaphiros aliquos antraces fugare ⁊ vnū tale vidimus oculis noſtris: hoc etiam ab om̄ibus vulgatū eſt ⁊ nō poteſt eſſe quin in toto vel in parte ſit verum qḋ ab omnibus cōmuniter eſt dictū. Fuerunt aūt aliqui qui etiā virtutes ſpeciales lapidibus dabant ⁊ hoc ab anima lapidū eſſe dicebant: ⁊ ſunt quidam pictagoricoꝝ/ hi enim dicunt ſolius anime eſſe hoc ⁊ nō in vna materia tantū ſed ab vna extendi in aliam per operationes animales: ſicut homo ad intelligibilia extendit intellectū etiam imaginationem ad imaginabilia. Et hoc modo dicunt animā vnius hominis vel alterius animalis egredi vel ingredi in alterū/ ⁊ faſcinare ipſum ⁊ impedire operationes ipſius ꝓpter qḋ precipiūt in operationibus cauere ⁊ declinare oculū faſcinantem. Et hoc etiā modo dicunt quidam augures impedimentū ⁊ profectū operationum fieri viſu ⁊ auditu auium quarundam vel aliarū beſtiaꝝ. Iſti ergo tales dant animas lapidibus ⁊ ipſas extendi ad naturas que lapidibus attribuunt. Schola autem pictagoricoꝝ quam in multis ſecutus eſt Democritus qui lapides animas habere dixit omnia plena deis eſſe dogmatizat ſicut in carminibus ſuis poſtea cecinit. Orpheus em̄ dicebat deos virtutes diuinas in rebus diffuſas: deū etiā nihil aliud eſſe niſi illud qḋ res format in omnibus rebus diffuſum.

Pithagorici

faſcinare

Democritus

Orpheꝰ

In lapidibus ergo dicebat partem diuinam esse quā lapidū animā dicebat esse extendentem se ad res circa quas operatur. hec aūt absurdissima sunt. Et de fascinatione quidem an veri in sit an nō ad magicas pertinet: deinde aūt diffusum in rebus/ ita ꝙ rebus sit vnitus ⁊ permixtus sicut aliqua virtus essentialis rebus/ dementis est dicere quoniam si cōmiscet rebus erit generabilis in quibusdā rebus/ ⁊ exiens de nō esse ad esse ⁊ de potentia ad actum que omnia impossibile est deo ꝯuenire quamlibet aūt rem habere aliquid diuinū per qđ appetit ⁊ agat ad esse diuinū/ vel diuino simile est verum ⁊ alibi hoc est determinatū. Animas aūt nullas habere lapides in antecedentibus huius libri determinatū est/ ꝓpter qđ etiam hec ⁊ his similia quasi derisoria relinquentes dicamus lapides absqꝫ omni ambiguitate virtutes mirabilium effectuū habere/ que quidem virtutes insunt eisdem nō ex componentibus sed compositū ꝯsequunt̄ ex causa quam infra determinabimus. Nec est verū ꝙ has virtutes animata potius habere debeant quare sic est in omni creatura ꝙ res occupata altioribus virtutibus abstrahit̄ ⁊ impedit̄ ab inferiorib⁹. Cuius signū est ꝙ intellectualia sicut homines nō bene percipiunt immutationes elementoꝝ/ quemadmodū bruta sicut pulli diuersitates horaꝝ ⁊ temporꝝ melius iudicant q̄ homines. Et homo ipse qñ occupat̄ meditando nō operatur per visum ⁊ auditū ita ꝙ non percipit ea que sunt ante oculos. Sicut igitur est in tota natura ꝙ etiam animata altioribus virtutibus anime occupata nō operantur virtutibus inferioribus nobilibus quibus cōmixta nō animata operant̄.

Nihil tamen est in vniuersa natura qđ nō habeat ꝓpriam sue speciei operationem sicut scamonea coleram purgare ⁊ alia hmōi. Hoc aūt in simplicibus ꝓbatur medicine ⁊ in scientia de incantatione ⁊ alligatione vbi ostendit̄ membra diuersoꝝ animaliū/ aut collo aut corpore/ aut alij membro corporis hominis alligata mirabiles operari effectus. Idem est de herbis radicibus ⁊ lignis. Sed ipse carnes hominum ⁊ qđ minus videtur superfluitas sicca egesta ab homine/ ⁊ stercus luporū mirabiles ꝯtra venenū vel alias pestes habent operationes ꝓpter qđ ⁊ lapides ꝓculdubio operationes habere constat/ aut omnes aut fere omnes licet in pluribus sint ignote operationes eorū. Et ideo dicit Joannes damasc. ꝙ nulla res destituit̄ a ꝓpria ⁊ substantiali operatione. Risibile enī esset valde ꝙ diceremus qualitates primas vehementes habere operationes ⁊ formas substantiales ipsis rebus vt fines nature datos sicut diximus ⁊ optime omnino nullas habere operationes licet nō sint actiue ⁊ passiue ad transmutandam materiam cum sint operari e operationis illius artifici perfecto ꝯuenit/ qđ natura perficit per illud diuinū ⁊ optimū.

Compositū consequunt̄

Joh. damascen⁹

Capitulū scđm De quatuor opinionibus philosophoꝝ circa causam virtutum lapidum

Quesitum aūt est multo tempore a philosophis ex q̄ causa tales virtutes infundunt̄ lapidibus/ ⁊ diuersas opiniones recitare dispendiū esset. Tangamus igitur quatuor ꝓbabiles ⁊ postea nostrā dicamus sententiā/ deinde per rationem ꝯfirmemus eandem. Quidam aūt dixerūt ab elementis componentibus lapides tales inesse virtutes. Quibus cum obijcitur elementa nō operari nisi qualitatibus primis ⁊ operationes lapidū ad qualitates primas nō posse reduci. Respondent elementa quasdam habere operationes per se quasdam aūt in mixto/ quia in mixto qualitas elementaris operatur mota sicut instrumentū ⁊ tunc habet multa operari que per se nō operat̄. Et ideo sicut ad aliam virtutem nō reducitur alteratio cibi ⁊ eleuatio ⁊ mutatio ad carnem nisi ad calorem digestiuū quem scimus esse calorem ignis ⁊ ꝙ congregat homogenea ⁊ disgregat ethérogenea sicut dictū est in .ij. meth. Ita dicunt isti ⁊ nō alij virtuti q̄ elementari esse attribuendū quid sit in elemētato eo ꝙ elementatū non operat̄ nisi mediante virtute elementoꝝ que sunt in ipso. Hec ergo est opinio quorundam antiquoꝝ philosophoꝝ quam Alexander grecus peripatheticus defendere videtur/ eo ꝙ ipse omnia quecūqꝫ sunt siue sint animata siue non elementis attribuit. Ita etiam ꝙ dicit intellectū esse quoddā elementoꝝ complexionem ꝯsequens. Ipsa enī elementa cum complexa sunt mirabiliorum ⁊ altissimaꝝ dicit esse operationū. Virtutem aūt que in commixto regit ⁊ dirigit qualitates elementales/ nō dicit esse nisi complexionem ꝯsequentem/ ⁊ hanc mirabilem asserit esse/ ⁊ probat per opera alchimie in quibus simplicia parū prosunt/ ⁊ cum complexa fuerint admirabiles valde reddunt effectus. Hec aūt opinio Platoni nō placuit qui omnia inferiora dicit esse ydeata a superioribus ydeis quas separatas ⁊ mire potentie esse dicebat: Ille enī sunt que generant quicquid generat̄ vt asserit. Dicit aūt ꝙ ea que separatoꝝ maiorem accipiunt similitudinem ⁊ in quibus separata minus immerguntur materie esse virtutes mirabiles in operatione similis operationi ydee separate. Operationem ydee separate esse dicit operari transmutando ⁊ alterando materiā generabiliū ⁊ corruptibiliū. In quibus ergo rebus minus mergitur ydea materie in his adhuc postq̄ incorporata est mirabiles res operari nō cessat ⁊ sic dicit esse in lapidibus preciosis ⁊ in alijs multis rebus naturalibus. Probationem aūt huius sententie nō quidē ex Platone sed ex platonicis sicut ab Apuleio ⁊ quibusdam alijs collegimus/ dicentibus ꝙ subiecto mortalium rerum ⁊ defuncto hoc quidem qđ immortale est in rebus mi-

Alexander.

Plato ideata omnia

rabilia operari non ceſſat. Dicunt etiam iſti ꝙ ſi operationes iſte elementis attribuerent ſicut quidam dixerunt pictagorici aut elementorum complexioni ꝙ tunc ſicut complexio eſt vnica ita operatio lapidis eſſet vna: Nunc aūt multas videmus. Adhuc aūt ſiue qualitas elementalis operetur per ſe ſiue in complexo nō operant̄ qualitates elementales niſi tranſmutando materiam quam afficiunt/ nulla aūt tali tranſmutatione facta ſubſtantie videnť operari lapides precioſi/ ꝓpter qđ etiam alicuius ſeparati principij videtur eſſe operatio iſtorū. Hec igitur eſt opinio platonicoꝝ.

Hermes

Hermes aūt ⁊ quidam ſequaces eius indorū plurimi multa de vniuerſali virtute differentes dicebant omniū inferioꝝ virtutes eſſe in ſtellis ⁊ imaginibus celoꝝ. Omnes aūt virtutes infundi in inferioribus omnibus per circulū alaur quoniam primū circulū imaginū celeſtiū eſſe dicebant: has aūt virtutes deſcendere in res nature nobiliter ⁊ ignobiliter. Nobiliter aūt ꝙ quando materie recipientes has virtutes fuerint ſuperioribus magis ſimiles in lumine ⁊ perſpicuitate. Ignobiliter autem quando materie fuerint confuſe ⁊ feculente in qua quaſi opprimunť virtus celeſtis. Hanc igitur cauſam iſti dicunt quoniā lapides precioſi pre alijs habent mirabiles virtutes quia videlicet in ſubſtantia magis ſimilanť ſuperioribus ⁊ in lumine ⁊ perſpicuitate. ꝓpter quod a quibuſdam eorum ſtelle elementales eſſe dicunť lapides precioſi.

Stelle elementales

Quattuor colores gēmarū ad exemplar quattuor colorum celi

In ſuperioribus enī vt inquiunt quaſi quattuor colores inueniunť/ qui etiam frequentiores ſunt in lapidibus precioſis. Quoꝝ vnus eſt orbis nō ſtellati/ qui ab omnibus dicit̄ ſaphirus ⁊ hunc colorem primo habet ſaphirus ⁊ denominat: participant aūt ipſum poſterius alij quidem lapides. Secūdus aūt eſt qui eſt plurimū ſtellarum ⁊ eſt ille qui vocatur lux candens ⁊ albeſcens ⁊ hunc colorem habet adamas ⁊ berillus ⁊ multi alioꝝ. Tercius eſt qui vocat̄ igneſcens ⁊ rutilans qui eſt in ſole ⁊ marte ⁊ in quibuſdam alijs ⁊ hunc primo quidē accipit carbunculus/ ⁊ poſtea palachius ſiue palacius ⁊ granatus/ ⁊ quidam alij: Ideo qꝫ dicunt carbunculū nobiliſſimū ⁊ vniuerſaliter habere habentem virtutem omniū alioꝝ lapidū quia ſol cuius virtutem ſimilem accipit nobilior eſt omnibus virtutibus celeſtibus/ ⁊ eſt ſua virtus vniuerſalis dans lucem omnibus celeſtibus ⁊ virtutem. Quartus aūt eſt rubens obſcurus tam in ſtellis q̄ in quibuſdam alijs lune manſionibus inuentus/ ⁊ hic inuenit̄ in lapidibus habentibus obſcuras nubes ſicut in calcedonio ametiſto ⁊ aliqū in ſmaragdo/ ⁊ in quibuſdam alijs: ꝓpter hoc ⁊ hmōi dicta talem iſti induxerunt opinionem.

Auicēna

Auicenna aūt ⁊ quidam alij ſequentes eundem dixerunt in omnibus naturis quedam aliquando apparere prodigia ex imaginatione ſuperioꝝ motorū. Contendit enī hic philoſophus intelligentias que mouent orbes nequaqꝫ poſſe intendere particularem motū hunc vel illum niſi per apprehenſionem aliquam particularū ⁊ hanc apprehenſionem dicit imaginationem equiuocare ſeu equiuoce vocari ad imaginem que pars eſt anime ſenſibilis in animalibus. Practice aūt omnia que fiunt vt inquit preexiſtunt in conceptionibus motorū ſtellaꝝ ⁊ orbiū. Adhuc aūt talem inquit eſſe obedientiā totius materie generabiliū ad motorem qualis eſt obedientia noſtri corporis ad noſtras animas. Nos aūt in nobis ſentimus ꝙ ad quamcūqꝫ formam concipimus mouet̄ corpus noſtrū delectabiliter vel horrendo vel fugiendo. Sic igitur dicit frequenter diuerſa concipere animas celeſtiū ⁊ tunc materiā moueri per obedientiam ad illud: et hoc eſſe ꝙ diuerſas virtutes generata accipiunt que nos complexionales vocamus/ ⁊ maxime lapides in quibus eſt commixtio prima facilius mota ad imaginationem hmōi q̄ alia in quibus eſt maior diuerſitas ꝓpter anime opera que infunduntur illi. Hec igitur dicta ſunt ab Auicenna ⁊ ſequentibus eum/ vt videtur accepit in quibuſdam dictis ſuis que de magicis ⁊ alchimias compoſuit.

❡ Capitulū terciū De improbatione dictaꝝ opinionū.

Reprobat Alexandrū.

Dicta vero Alexandri peripatetici conuenientia ideo nō ſūt quia ſcimus ꝙ licet qđlibet calidū ſimplex ⁊ calidū commixtū diuerſas habet operationes tamen conueniunt in genere congregandi videlicet homogenea ⁊ etherogenea. Idē aūt dicimus de frigido humido ⁊ ſicco. Operationes aūt lapidum nec in genere nec in ſpecie conueniunt cum ſimpliciū operatione/ ſed magis ꝓdigioſe ⁊ mirabiles eſſe videnť. Adhuc aūt male dictū eſt nihil dirigere ⁊ informare qualitates elementoꝝ niſi ipſam mixtionem ⁊ complexionem. Sic enī nō oporteret eſſe ſpecies ⁊ forma alia niſi complexio qđ falſum eſſe oſtenſum eſt ⁊ oſtendet̄ a nobis in libro de anima ⁊ in philoſophia prima ꝓpter virtutes enī lapidū nō complexionales nec elementales, pre omnibus magici vtunť lapidibus precioſis tam in annulis q̄ in ceteris imaginibus quoꝝ effectus eſt mirabilis ꝓpter hoc aūt ⁊ hmōi falſificat̄ dictū Alexandri.

Platonis ideas reycit

Quod aūt dicit Plato de ydeis a multis inconuenienter dictū eſſe oſtenſū eſt ⁊ nos de hoc alibi diſputabimus quia negociū de ydeis maioris eſt egens inquiſitionis q̄ ſit ꝓpoſitū negociū in quo ſumus. Sed liceat hic ſupponat̄ nō eſſe ydeas alias formantes generatiua neqꝫ aliquid immortaliū in corporibus mortalibus ⁊ corruptibilibꝰ quia corruptis his nil manet eorum que ſunt in ipſis nec eſt reſolutio cōmixtoꝝ in elementa ⁊ ydeas ſed potius ſolum in elementa ex qbus componunť. Si ponerentur aūt eſſe huiuſmodi ydee inutiles eſſent/

eo q̄ nō ꝓportionarent materie nec ɔtingerent eam nec transmutarent: Omnia enī talia videnť esse in materia ipsa ⁊ nō separari ab ea Per hoc igitur ⁊ his similia dictū Platonis improbať. omnibus tamen antiquis ꝓbabilius dixit Hermes de causa virtutis lapidū quia scimus pro ɔstanti omniū inferioꝝ virtutes a superioribus descendere. Superiora enī substantia ⁊ lumine ⁊ situ ⁊ motu ⁊ figura influunt in inferioribus omnes nobiles virtutes que sunt in ipsis/ tamen hoc dictum imperfectū est [illegible] phisicis licet forte in astronomicis ⁊ magicis esset sufficiens/ quia in phisicis dicitur causa que est in materia operans/ talis aūt est elementalis/ aut qualitates elementorum prout sunt in cōmixto vel forma substantialis tales complexiones ɔsequens. Docet enī Ptolomeus in libro qui alarba dicitur/ effectus stellaꝝ ideo esse diuersos ⁊ incertos quia in inferioribus influxu ꝑueniunt ad ipsa per aliud/ ⁊ per accidens. Per aliud quidem quia per virtutes elementales que informant. Per accidens aūt quoniam nō perueniunt ad inferiora nisi per esse vniuersale qđ inconfusum ⁊ incertaꝝ dispositionū est eo q̄ aliquando materia est receptibilis virtutis celestis/ aliquando nequaq̄/ ⁊ aliqñ recipit eam s'm parum/ aliquando s'm [illegible] ⁊ hoc ignorantes multi qui diuinant in astris sepe mentiunť/ ⁊ abhominabilem suis mendacijs faciūt scientiam cum sit bona ⁊ vtilis valde. Que aūt Auicenna de ꝓdigijs dicit ꝓdigiosa esse videnť. Non enī imaginatio potest aliquo modo intelligentijs celestibus ɔuenire/ nisi enī sunt ɔceptiones tales in eis que motu celi ⁊ elementalibus qualitatibus non explicenť eo q̄ nihil est inordinatū in eis: hoc aūt alibi ostendeť quia multa oportet permitti/ sed hec ɔuenienter deberent ostendi. Sed hoc sufficit q̄ in phisicis ⁊ in celo ⁊ mundo perfecte de talibus dictū est q̄ntum permisit ɔsideratio phisica. Intellectus enī practici sunt ⁊ per se formales ad opus nature quos celestis motus explicat sicut instrumentū Nec vnq̄ conceptio aliqua est in motore nisi talis. Vnde aūt est q̄ intendit hunc vel illum in parte dictum est in celo ⁊ mundo sufficienter aut in prima phisica habet determinari.

Hermes melius Supiora

Ptolomeus

Reprobat Auicennam.

❡ Cap. quartū De vera causa virtutis lapidū preciosoꝝ.

Constantinus Sententia Alb. de causa virtutis lapidum

Refutatis igitur omnibus his dicimus cū Constantino ⁊ alijs quibusdam q̄ virtus lapidis causať ab ipsa lapidis specie ⁊ forma substantiali. Sunt aūt quedam virtutes mixtorū insensibilia habentes pro causa quedam aūt ipsam speciem. Et hoc clarius videť in his que melius alijs specificata ⁊ formata sunt sicut est homo qui operatione qua homo est habet intelligere/ que ex nullo causať complexionāte. Idem aūt est in brutis ⁊ in vegetabilibus sicut ꝓbať in ethicis/ ita q̄ oīs rei ꝓpria est opatio ⁊ ꝓpriam oꝑatiōē in speciem qua formať ⁊ ꝑficiť in esse naturali. Minora aūt specie instrumenta sunt oīa complexionātia eo q̄ ipsa ɔtinet oīa ⁊ ipsa nō existente corrumpiť ⁊ dissoluiť complexionatū. Forma enī ɔtinet materiā sicut dominū ⁊ optimū illius ⁊ nō ɔtineť ab ipsa nec [illegible] materiam naturā quia sua nō indiget [illegible] ad esse indiuiduali ⁊ nō a [illegible]. Hec aūt in libro de intellectu ⁊ intelligibili ⁊ in pma phia clarius elucidabunť. Forma igiť illa inter duo est [illegible] celestes virtutes a quibus causať ⁊ sup materiā complexionatam cum infundiť. Si ergo in se ɔsidereť ipsa est essentia simplex vnius tantū opationis a [illegible] illud q̄ vnius est tantū efficere vnū ⁊ ab vno [illegible] tota vniuersitas phoꝝ. Si aūt hec forma ɔsidereť vt est virtutibus celestibus pmo multiplicatis p superiores ⁊ inferiores [illegible] imagines ⁊ circulos qui duodecim signa et stellas sunt [illegible] super orizontem in illius cui infundiť forma: ⁊ s'm q̄ ad eam opantur sūt virtutes elementales erit ipsa forma multiplex valde in potentia naturales suas q̄ circūstant essentiā suā [illegible] ⁊ sic multoꝝ efficatiua erit effectuū licet forte vnicā habeat ꝓpriam opatiōem. Nō enī potest [illegible] virtutes causaꝝ per aliquid [illegible] in effectu [illegible]. Et hoc est q̄ fere oīs res nō ad vnicā [illegible] valet [illegible] opationes. Comparata vero ad [illegible] forma hoc est ad materiam est potentior ⁊ im[illegible] bene dicit Hermes ⁊ hac de causa lapides eiusdē [illegible] fortiores ⁊ minus potentes in effectibus suis. [illegible] aliquin nullū omnino speciei habere effectum [illegible] sicut homo nullam habet opationem humanam [illegible] homo licet enī speciem s'm nōen nō participet s'm [illegible] tamen esse ⁊ principium actionum s'm magis ⁊ minus [illegible] videmus speciem fere omnibus in rebus. Et ideo in his que [illegible] virtutibus inueniunť efficaciores res vel minus efficaces vel omnino impossibiles ad opatiōes que sunt p virtutem speciem s'm naturā ɔsequentes. Est ad memoriā hoc reuocandū quod in [illegible] lapidū species ad indiuidua quodāmodo esse mortalia sicut ⁊ hoies ⁊ extra loca gñationis sue diu ɔtenti corrumpunť ⁊ nō nisi [illegible] retinent nomen speciei licet in figura ⁊ colore [illegible] hoc nō nisi p longissimū tēpus possit depͤhendi. Et sicut in aīalium factura ⁊ in complexione aliqñ tanta est [illegible] q̄ aīam hoīs non attingit sed solū qualemcūq̄ hoīs figurā. Ita etiā est in lapidū gñatione aut ꝓpter inordinatiōem materie/ aut ꝓpter vehementissimas virtutes celestiū in [illegible] mouentes sicut diximus in [illegible] phisicoꝝ. Hec igitur ⁊ tanta de virtutibus lapidū dicta sunt in cōi ⁊c̄.

¶ Tractatus ſecundus libri ſecundi de lapidibus nominatis ⁊ eoꝝ virtutibus. Capitulũ primũ de lapidibus incipientibus ab A.

SUpponamus aũt nomina precipuoꝝ lapidũ/⁊ virtutes ſm ꝙ ad nos aut p experimentũ/aut ex ſcripturis auctoꝝ deuenerũt. Non aũt omnia que de eis dicunt referemus eo ꝙ ad ſcientiã nõ prodeſt. Sciẽtie eñ naturalis nõ eſt ſimpliciter narrata accipere/ſed in rebus naturalibus inquirere cauſas. Ut aũt in latina lingua competentius ordo ſeruet ſm ordinem alphabeti ꝓſequamur noĩa lapidũ ⁊ virtutes eoꝝ/eo modo quo mos eſt medicis deſcribere ſimplices medicinas. In primo capło ergo ab.a.incipientes nouem famoſi apud phõs inueniunt lapides abeſton videlicet abſintus adamas/agathes alabandina alecterius/amandinus ametiſtus ⁊ andromanta.

Abeſton al's aſbeſtos

Abeſton aũt coloris eſt ferrei/qui ſm plurimũ in Arabia inuenit cuius virtus mirabilis narraf ⁊ in templis deoꝝ eſt manifeſta eo ꝙ ſemel accenſus vix vnq̃ potuerit extingui eo ꝙ naturã habet lanuginis que vocaf pluma ſalamandre cũ modico humido vnctuoſo pingui inſeparabili ab ipſo/⁊ illud fouet ignem accenſum in ipſo.

Adamas a vulgo dyamas dictus

Adamas aũt ſicut ſupius fecimus mentionem lapis eſt duriſſimus paꝝ criſtallo obſcurior/coloris tamen lucidi fulgentis adeo ſolidus vt neq3 igne neq3 ferro molleſcat vel ſoluat. Soluit tamen ⁊ molleſcit ſanguine ⁊ carne yrci p̃cipue ſi yrcus aliquamdiu ante biberit vinũ ⁊ petroſilinũ vel ſilermontanũ comederit quia talis yrci ſanguis etiam ad frangendũ lapidem in veſica valet infirmis de calculo. Soluit etiam lapis ille qđ mirabilius videt plumbo ꝓpter multũ argentũ viuũ qđ eſt in ipſo. Hic aũt lapis penetrat ferrũ ⁊ ceteras gemmas omnes p̃ter calibem in quo retinetur. Non trahit aũt ferrũ eo ꝙ ſit ꝓprius locus gñationis eius vt quidam mendoſe dixerunt. Maior aũt quantitas huius lapidis adhuc inuenta eſt magnitudo auellane. Naſcit aũt in Arabia ⁊ Cipro ſm plurimũ: ſed ciprius eſt magis mollis ⁊ obſcurius. Et qđ mirabile videt in Arabia hic lapis quando magneti ſupponit ligat magnetem ⁊ nõ permittit ipſum ferrũ trahere.

Virtutes dyamantis

Maior aũt virtus eius eſt cũ ligat auro vel argento vel calybe. Dicunt ꝑ magi ꝙ lacerto ſiniſtro alligatus valet ꝯtra hoſtes ⁊ inſaniã/⁊ domitas beſtias ⁊ feros homines ⁊ ꝯtra iurgia ⁊ rixas ⁊ ꝯtra venena ⁊ incurſus fantaſmatum ⁊ incuboꝝ. Hunc aũt lapidem dyamantem etiam quidam vocant etiam quidam ferrũ attrahere mentiunt.

Abſinthus

Abſinthus eſt de genere gemmaꝝ coloris nigri rubeis virgulis/⁊ aliquando guttulis. Huius autem virtus videtur eſſe imitans abeſtino: abſinthus eñ permanet calidus per ſeptem dies vel amplius ꝓpter eandem cauſam que dicta eſt de abeſtino lapide.

Agathis quattuor genera.

Agathes aũt lapis eſt niger cũ albis venis/⁊ quodam modo illius ſpeciei lapidis inuenitur alius modus euiſdem ſpeciei qui eſt ſimilis corallo: Et tercium genus qđ ſm plurimũ in creta inſula naſcitur/qđ habet in nigro venas croceas. Et quartũ genus indicũ eſt varium quaſi ſanguineis guttis reſperſum.

primi generis virtutes.

Et primũ quidem genus aptum eſt ad formas que lapidibus inſculpunt/ꝓpter qđ plurimi lapides habentes capita regũ inſculpta nigri ſunt/⁊ cum iacet ad caput dormientis fertur oſtendere multa ſimulacra ſomnioꝝ.

Virtutes cretici

Terciũ aũt genus qđ creticum eſt facit vt ait Auicenna vincere pericula ⁊ vires confert corporibus gratũ ⁊ placentem facit vt dicit Euax rex arabũ ⁊ perſuaſorem ⁊ coloris boni facit hominem ⁊ facundũ ⁊ munit eum ꝯtra aduerſa.

Virtutes indici

Genus autem indicum viſum fouet/⁊ valet ꝯtra ſitim ⁊ venenũ: cum aũt accenditur odoriferũ eſt valde.

Alabandina

Alabandina a loco in quo ſm plurimum generatur ſic vocatur hoc eſt ab effeſo que alabandia vocaf alio nomine: eſt aũt ruborem habens fulgentem/⁊ eſt lapis clarus fere vt ſardinus.

Alectorius

Alecterius eſt gemma que vocaf lapis galli/⁊ eſt albus nitens criſtallo obſcuro ſimilis. Extrahit aũt ex ventriculo gallinacei poſtq̃ fuerit vltra quartũ annũ: ⁊ quidam dicunt ꝙ poſt nonũ extrahitur ⁊ eſt melior qui extrahit gallo decrepito. Maxima autem huius quantitas eſt inuenta accedere ad quantitatem fabe.

Virtutes alectorij.

Virtus aũt eius eſt excitare venerem gratũ ⁊ conſtantem victorem/⁊ diſeretum facere oratoriam tribuit facultatem amicos conciliat/⁊ tentus ſub lingua ſitim extinguit vel reprimit/⁊ hoc vltimum expertum eſt.

Amandini virtutes

Amandinus vero gemma eſt coloris varij. dicit aũt Euates ꝙ venenum omne aut extinguit aut reprimit ⁊ vincere facit aduerſarios ⁊ ꝓphetiam ⁊ interpretationem ſomnioꝝ facit intelligi/⁊ etiam enigmatũ.

Amethiſtus

Ametiſtus eſt gemma in multũ cõmunis ⁊ nota eſt/quare coloris purpurei ⁊ tranſparentie aliquantulũ obſcure/⁊ inuenit ſm illã ſpeciem multe differentie/ſed quinq3 ſunt magis note per differentias obſcuritatis omnes accepte: naſcitur autem in hac ſpecie in india: eſt autem melior ad ſculpendum eo ꝙ alius eſt minus durus

Virtutes ametiſti

Operatur autem contra ebrietatem vt dicit Aaron/⁊ facit vigilem/⁊ malas reprimit cogitationes/⁊ bonum in ſcibilibus confert intellectum.

Andromãte virtutes.

Andromanta lapis eſt coloris argentei qui ſm plurimũ in mari rubro naſcitur/⁊ eſt aut quadratus vt teſſera/⁊ durus ſicut adamas. Virtutem habet contra furorem ⁊ facilem animi concitationem/⁊ triſticiam ⁊ grauitatem.

¶ Caplm scdm De incipientibus a litera que dr̃ b.

Balagius de genere carbunculi

Balagius qui ⁊ palacius dicit̃, est gemma coloris rubei / valde lucide materie ⁊ substantie valde transparentis, ⁊ dicit̃ femina carbunculi habens debilem colorem ⁊ virtutes eius remissas / sicut femina se habet ad marem: ⁊ quidam dicunt q̄ est domus eius ⁊ ideo palaciũ carbunculi vocat̃. Generatur enĩ frequenter carbunculus in loco illo: ⁊ iam visum est hoc nostro tempore q̄ in lapide vno exterior pars fuit balagius / ⁊ interior carbunculus: ꝓpter qd̃ Aristo. hunc lapidem dicit esse de genere carbunculi.

Borax

Dicunt etiam quidam q̄ lapis qui vocat̃ borax a quodam bufone dicatur sic q̄ in capite ipsum portat / ⁊ est duoꝝ generũ / vnum album aliquantulũ fuscũ: aliud nigrũ qd̃ si viuo palpitanti bufone extrahit̃ in medio habet oculum quasi ceruleũ: de quo dicit̃ q̄ glutitus sordes purgat intestinoꝝ ⁊ superfluitates: ⁊ temporibus nostris extractus est de bufone paruus viridis. Aliquos etiam vidimus bufones habentes in se depictos qui de hoc genere credebantur: vulgariter aũt crapodine dicunt̃ hi lapides.

Berillus

¶ Berillus aũt est lapis coloris pallidi lucidi transparentis ⁊ ideo superius diximus q̄ si in eo voluitur in eo videtur moueri aqua: scdm plurimũ generat̃ in india / sicut multe aliaꝝ gemmaꝝ. Sunt aũt multa genera ⁊ modi in specie lapidis huius sed melius esse fertur qui magis pallet ⁊ plures habet guttas que videntur in ipso manere.

Virtutes berilli.

Fertur aũt operari contra pericula hoſtium ⁊ contra lites ⁊ reddere inuictũ. Mitem etiam in moribus dicit̃ efficere ⁊ ingeniũ bonũ dare. Medicoꝝ etiam quidã dicunt q̄ valet contra pigritiam ⁊ epatis dolores: ⁊ contra suspiria ⁊ eructationes. ⁊ qd̃ valet oculis humidis. Expertũ est enĩ q̄ quando rotundatũ est oculo solis opponit̃ adurit ignem accendit. Dicunt etiam amices q̄ ꝯiugium sociat inter maritũ ⁊ vxorem.

¶ Caplm tercium De incipientibus a litera C.

Carbunculus Rubinus

Carbunculus qui grece antrax ⁊ a nõnullis rubinus vocatur lapis placidissimus ⁊ rubicundissimus ⁊ solidus est habens se ad alios lapides sicut habet aurum ad cetera metalla. hic plus omniũ alioꝝ lapidũ virtutes habere dicitur sicut ⁊ superius diximus.

Virtutes carbunculi.

Specialis tamen effectus eius est venenũ aereũ ⁊ vaporosum fugare ⁊ quando vere bonus est lucet in tenebris sicut carbo ⁊ talem vidi ego. Quando aũt minus bonus est ⁊ tamen verus emicat in tenebris superfusa aqua clara ⁊ limpida in vase nigro mundo polito. Qui aũt nullo modo lucet in tenebris hic nõ habet nobilitatem perfectam. [illegible] aũt plurimũ sic inuenit̃ in Libia ⁊ licet habeat plures differentias vt ait Euax qui dicit eum habere vndecim species / tamen Aristo. vt Constan. refert dicit eum habere tres species / quas supra numerauimus: scz balagiũ granatũ ⁊ rubinũ: ⁊ qd̃ multi mirant̃ dicit in eis precellere granatum qui tamen minoris valoris apud gemmarios estimat̃.

Tria genera carbunculi

Calcedonius.

Calcedonius aũt lapis est pallidus fuscus aliquantulũ obscurus hic si perforatur ⁊ cum virtute lapidis qui sineris dicit̃ collo suspendat̃ dicit̃ valere cõtra illusiones fantasticas ex melancolia ortas. Facit etiã vincere causas ⁊ virtutes corporis conseruat ⁊ hoc vltimũ est expertum.

Calcafanos.

Calcafanos lapis est nigri coloris / cuius virtus vocem clarificare dicit̃ / ⁊ raucedini mederi.

Ceraunii virtutes

Ceraunius lapis esse fertur cristallo similis, infecto colore ceruleo qui dicit̃ cadere aliqñ de nube cum tonitruo ⁊ inuenit̃ in Germania ⁊ Hyspania / sed hyspanus est candens vt ignis, prouocat dulces somnos vt dicunt ⁊ ad prelia ⁊ causas vincendi ⁊ contra periculũ tonitrui dicit̃ operari.

Chelidonij virtutes

Celidonius duas habet species vnus est niger / alter ruffus inuenit̃ trahuntur aũt ambo de ventre yrundinis. Ruffus aũt inuolutus panno lineo vel corio vitulino ⁊ sub sinistra assella gestatus dicit̃ valere contra insaniam ⁊ antiquos languores ⁊ lunaticam passionem. Et Constantinus dicit eum valere contra epilensiam p̄dicto modo gestatus. Euax aũt refert q̄ facit dñm gratum ⁊ placentem reddit. Niger aũt vt Joseph dicit contra nociuos humores ⁊ febres ⁊ iras operatur ⁊ minas. Et lotus aqua oculos sanat ad finem etiam inceptũ perducit negocia ⁊ si inuoluat̃ folio celidonie herbe dicit̃ obtuscare visum. Sunt aũt hi lapides parui valde ⁊ tales iam vidimus per socios nostros de stomacho yrundinũ extractos in mense augusti / tunc enim abstracti magis valere dicunt̃ vt frequenter aũt semper duo simul in vna yrundine inueniunt̃.

Chelonites

Celontes lapis est purpurei coloris ⁊ dicit̃ in corpore testudinis inueniri quia quedã sunt montane testudines habentes lapides que sunt sicut margarite nitentes. Virtutem aũt apud diuinatorem q̄ facit eum qui gestat euomere sub lingua hanc aũt virtutem non dicit̃ habere nisi cum luna primo est accensa ⁊ crescens / ⁊ monoydes. Et iterũ cum est vicesimanona monoydes in vltimo decrescens / dicitur aũt hic lapis ab igne non corrumpi.

Cegolites

Cegolites lapis est in colore ⁊ quantitate similis ossi oliue / de quo referunt qd̃ est expertum ⁊ dissolutus in aqua ⁊ rasus ⁊ sic haustus dissipat lapidem in renibus ⁊ vesica.

Corallus

Corallus lapis est duarum specierum a mari sicut superius diximus extractus ⁊ precipue a mari qd̃ est circa marsiliam: vna eius species est rubea sicut dixi antiquum: alia vero albicans nascit̃ ad modum ramusculoꝝ plantaꝝ de quo expertũ est q̄ valet contra quemlibet fluxum sanguinis.

Coralli virtutes

Dicit̃ etiam collo suspensus valere contra epilensiam ⁊ contra operationes menstruoꝝ / ⁊ contra tempestates fulmina ⁊ grandines. Et si pulueriſcetur ⁊ ſuper herbas ⁊ arbores aſpergat cum aqua fertur fructus multiplicare. Referant etiam ꝙ principia expedit ⁊ fines negociorū. **Corneleus.** Corneleus aūt quem quidam corneleū dicunt lapis eſt coloris carnei hoc eſt rubei/ abſcindit ſicut lotura carnis/ hic apud rhenū flumen inuenit frequentiſſime/ ⁊ eſt valde rubeū habens fere colorem ſicut miniū/ ⁊ quando politur multū micat. Expertū aūt eſt ꝙ conſtringit ſanguinem/ ⁊ precipue menſtruoꝝ ⁊ emorordarū/ dicitur etiam iras mitigare. **Chryſopaſſus.** Criſopaſſus lapis ab india veniens ⁊ raro inuenit/ ppter qḋ ⁊ carus extimatur. In colore etiam eſt quaſi ſit ex ſucco porri coagulatus/ habens auri guttas intrinſecas: ppter quas ⁊ tale nomen accipit/ ⁊ criſos aurū ſonat in greco ⁊ multā ſimilitudinem habet cum criſolito. **Chryſolithus.** Criſolitus lapis eſt in colore habens tenuem viriditatem lucidam in qua ad oculū ſolis micat ſicut ſtella aurea ⁊ nō eſt rarus/ dicit aūt venire de ethiopia. Expertū aūt eſt ꝙ ſpiritualia confortat/ ppter qḋ tritus aſmaticis datur: fertur etiam ꝙ perforatus ⁊ ſetis aſini in foramine repletus ⁊ brachio ligatus ſiniſtro/ fugat terrores ⁊ melancolicas paſſiones/ ⁊ hoc dicit in philacteriis ligatum/ ⁊ in auro etiam poſitus ⁊ geſtatus fugat fantaſmata vt dicunt. Stulticiam etiam repellere/ ⁊ ſapientiam conferre perhibet. **Criſtallus.** Criſtallus lapis eſt qui aliquando fit exagonus vt dicit Aaron aliqñ aūt in terra/ ſicut ſepe experti ſumus in Germania vbi multi inueniunt. Vterque aūt modus generationis facile ex ſuperioribus erit manifeſtus. Hic frigidus oculo ſolis oppoſitus ignem eicit/ ſed ſi calidus eſt hoc pficere nō poteſt cuius rationem dedimus in libro de cauſis ppᵣietatum elementoꝝ ⁊ planetaꝝ. Dicitur etiam ſitim reſtringere ſub lingua poſitus: ⁊ expertū eſt ꝙ tritus cum melle mixtus receptus a mulieribus replet vbera lacte. Criſolitus gemma eſt coloris aurei/ ⁊ in horis matutinis viſu pulcherrimus eſt. In alijs aūt horis diſſimilis/ ab igne aūt corrumpit ⁊ fugatur: ⁊ vt quidam dicūt inflammatur: ⁊ ideo timere ignem dr. Dicunt aūt quidam ꝙ aliud eſt genus iſtius lapidis qḋ eſt lapidis ignobilis ſibilantis incorporatū: ⁊ hoc nō eſt verū/ ſed hoc eſt marcaſita aurea que mediū quodāmodo eſt inter metalla ⁊ lapides ſicut nos in ſequentibus oſtendemus. Dicit aūt tertiū genus iſtius lapidis eſſe colore mediū inter ceruleū ⁊ rubeū: ⁊ vniuerſaliter aūt dicit hic lapis tritus ſcabiem curare/ ⁊ vlcera/ In manu geſtatus calorem febris mitigare habet. **Criſopagion.** Criſopagion gemma eſt ab ethiopia veniens/ hic dr lucere in tenebris ⁊ euaneſcere a lumine ſupueniente ita ꝙ nō retinet niſi colorem ebetem obſcuro ⁊ qſi ſubtenui colore [illegible]/ ⁊ fit in ipſo ſm diuerſitatem luminis ⁊ tenebraꝝ reciprocatio coloris nō determinati/ velut in q̄rcu putrefacta ⁊ noctiluca. De oībus aūt his in li. de aīa dabimꝰ rōes pfectā ⁊ vam.

Capitulum quartū De nominibus lapidum a quarta litera que eſt D. incipientium.

Fertur aūt quidam lapis demonis vocari lapis bicolor/ vt arcus demonis qui yris vocat: Et pferre hunc dicunt febricitantibus/ ⁊ venenoſa pellere/ ⁊ tutū ⁊ victorē reddere. Eſt aūt diamon dictū qḋ grece intellectus vel ſtellam claram ſcintillantem ſonat. **Dyacodos.** Dyacodos aūt lapis palidus dicit eſſe aliquantulum berillo ſimilis: dicit aūt intantū fantaſmata excitare ꝙ magi maxime hoc vtunt tamen applicatus defuncto intantū vires amittit ꝙ mortem horrere perhibeat. Hoꝛ aūt ratio que poteſt haberi ex libris magoꝝ Hermetis ⁊ Ptolomei Thebith Bencherath habetur de quibus nō eſt preſens intentio. **Dionyſia.** Dioniſia lapis eſt niger vt ferrū intermicans rubeis guttis ⁊ ſpirat vinū/ ⁊ de odore ipſius vini fugat ebrietas qḋ mirabile multis apparet. Cauſa aūt quia vinum nō odore ſed vapore opilando inducit debilem ebrietatem: lapidis aūt odor ſimplex aperitiuus eſt ⁊ expulſiuus vaporis vini.

Ex omnibus aũt his inductis possumus cõsiderare vtrũ verum sit qđ quidã Aristo. dicunt dixisse in meteoris scđm veritatẽ dicta sit Auicẽne. q̃ videlicet sciant artifices alchimie species permutari non posse sed similia his facere possunt vt tingere rubeum citrino vt aurũ videatur. ⁊ album tingere donec sit multũ simile argento vel auro. vel eris voluerint corpori. Ceterum aũt q̃ oĩa specifica aliquo tollat̃ ingenio non credo possibile. [illegible] nõ est impossibile vel saltem diminutio eorũ. Hec eñi est sententia Auicẽne quã dicit esse Hallen philosophi precipui in naturis ⁊ in mathematicis. tamẽ Auicẽ. in alchimia sua dicit q̃ contradictionem eorũ qui in alchimicis de permutatione metallorũ contradixerunt inuenit. propter qđ ⁊ ipse subiungit q̃ nõ permutant̃ species nisi forte in primã materiam ⁊ in materiã metallorũ reducantur. ⁊ sic iuuamine artis educantur in speciem metalli qđ voluerint. Sed tunc oportet nos dicere q̃ alchimici operantur sicut periti medici. medici eñi periti per medicinas purgatiuas purgant materias corruptas ⁊ faciliter corruptibiles ⁊ impedientes sanitatẽ que est finis intentus a medico. ⁊ postea ꝑ confortantia naturam iuuãt virtutẽ naturalem vt digerendo sanitatẽ naturalem inducãt. Ita enim procul dubio sanitas effectus erit nature effectiue ⁊ artis organice ⁊ instru-

Oĩa specifica nõ tollitur.

Auicẽ.

Hallen

metaliter. Per omnẽ aũt eundem modũ dicemus opari alchimicorum peritos in trãſmutatione metallorꝫ. primo enĩ quidẽ purgant multũ materiã argenti viui ⁊ ſulphuris quã ineſſe videmus metallis. qua purgata ꝯfortant ṽtutes materie q̃ inſunt et elementales et celeſtes ad ꝓportionẽ mixtionis metalli q̃d intendũt inducere. ⁊ tũc ipſa natura operaẗ ⁊ nõ ars niſi organice. iuuãdo ⁊ expediẽdo vt diximus: ⁊ ſic verum aurũ ⁊ verum argentũ educere ⁊ facere videntur. Quod enĩ ṽtutes elementales ⁊ celeſtes faciũt in vaſis naturalibus hoc faciũt in vaſis artificialibus. ſi artificialia formanẗ ad modum vaſorꝫ naturaliũ ⁊ quod facit natura calido ſolis ⁊ ſtellarũ. hoc facit ⁊ ars calido ignis. dũmodo ꝯtemperet ſic ꝙ non excedat virtutẽ ſe mouentẽ ⁊ informantẽ que eſt in metallis. huic enĩ celeſtis ineſt virtus q̃ primo cõmiſcant eam. ⁊ hec inclinaẗ ad hoc vel ad illud per artis iuuamẽ. Celeſtis enĩ virtus valde cõis eſt ⁊ accipit determinationem ꝑ virtutes eorꝫ q̃ ſunt ſubiectũ eius in rebus commixtis. hoc enim mõ ṽtutes celeſtes operari videmus in tota natura generatorꝫ maxime in his q̃ ex putrefactiõe generanẗ. In his enĩ videmus virtutes ſtellarũ influere virtutes in eo ad quod conuenientiam habet materia. Alchimia autem per hunc modũ procedit ſcilicet corrumpendo vnũ a ſpecie ſua remouendo. ⁊ cum iuuamine eorũ que in materia ſunt alterius ſpeciem inducendo ꝓpter quod omniũ operationũ alchimicarꝫ melior eſt illa que ꝓcedit ex eiſdem ex q̃bus procedit natura, ſicut ex purgatiõe ſulphuris per decoctionẽ et ſublimationẽ ⁊ expurgatiõe argenti viui ⁊ bona ꝑmixtione horꝫ cum materia metalli. in his enĩ ex ṽtutibus horꝫ omnis metalli ſpecies inducitur. Qui aũt per alba albificant ⁊ ꝑ citrina citrinãt manẽte ſpecie metalli prioris in materia, proculdubio deceptores ſunt. ⁊ verũ aurũ ⁊ verum argentũ nõ faciunt. ⁊ hoc mõ fere omnes vel in toto vel in parte ꝓcedũt. ꝓpter qđ ego experiri feci ꝙ aurum alchimicũ quod ad me deuenit ⁊ ſimiliter argentum poſtq̃ vi. vel. vii. ignes ſuſtinuit ſtatim amplius ignitum cõſumitur ⁊ ꝑditur ⁊ ad fecem quaſi reuertitur. Hec igitur omnia dicta ſunt de natura ſpeciei metallorꝫ in comuni.

Alchimia naturat.

Alchimia melior.

Alchimia deceptionis.

Capitulũ nonũ de loco generationis metallorum.

Nunc aũt oportet adiũgere de loco generationis metallorum eo ꝙ locus multũ operatur in metallicis. ſicut ⁊ diximus cũ de lapidibus loqueremur. Nos aũt vidimus purũ aurũ generari inter arenas fluminũ diuerſarꝫ terrarum. ⁊ in terra nr̃a qđ tam in rheno q̃ in albia. Scimus etiã in terra noſtra ⁊ in terra ſclauorꝫ aurum inueniri generatũ in lapidibus duobus mõis. Uno quidẽ modo ꝙ videẗ toti lapidi incorporatũ ⁊ eſt lapis diſpoſitꝰ ſicut topaſion nõ ꝑſpicuus. vel ſicut marcaſita aurea. ⁊ educiẗ de lapide poſtq̃ calcinatus eſt in molẽdino facto de ſilicibus magnis duriſſimus ⁊ ꝑ ignẽ aduſtis aduſtiõe vehemẽti. Uidimus etiã aurũ in lapide generatũ nõ toti lapidi incorporatũ ſed eſſe venã quandã q̃ trãſit vel in toto vel in pte per lapidis ſubſtantiã: ⁊ hoc eraẗ de lapide ꝑ foſſurã ⁊ depuraẗ ꝑ ignem. Argentũ aũt quattuor modis inueniꝰ gñari. ⁊ forte pluribus generaẗ in terris aliis. Sꝫ illos q̃ttuor modos inuenimus in terra theutonie. ego enĩ ipm̃ inueni in lapide toti lapidi incorporatũ q̃d educiẗ ꝑ calcinationem molẽdini ⁊ ignẽ ſicut eſt dictũ de auro lapidi incorporato. Inueni enĩ ipm̃ in venã quandã que ꝑ lapidis ſubſtantiã ꝓtendebaẗ ⁊ erat aliquantulũ purius ſed tñ aliquantulũ de calce lapidis habuit admixtũ. Inueniẗ aũt in terra vt vena quedã ⁊ puriꝰ q̃ aliquod inuentũ in lapide. inueniẗ enĩ in loco theutonie q̃ diciẗ vriberg qđ ſonat liber mõs aliq̃n molle ſicut pultes tenaces. ⁊ eſt puriſſimũ et optimũ genus argenti parũ habens de fece valde ac ſi ꝑ induſtriam nature ſit depuratũ. Ferrũ aũt incorporatũ lapidibus inueniẗ ⁊ etiam in terra aquoſa inueniẗ vt granula milii habens multũ de fece ⁊ purgaẗ ꝑ multos ignes fortes ⁊ calidos cogẽtes ipſum diſtillare a ſubſtãtia lapidis vel terre q̃bus inuiſcatũ eſſe videẗ. Es aũt inuenitur in venis lapidũ. ⁊ q̃d eſt apud locũ qui diciẗ goſlaria eſt puriſſimũ ⁊ optimũ ⁊ toti ſubſtãtie lapidis incorporatũ. ita ꝙ totus lapis eſt ſicut marchaſita aurea. ⁊ profundatũ eſt melius ex eo q̃d purius. Plumbũ autem ⁊ ſtagnũ etiã lapidibus incorporata inueniunẗ ⁊ inueniẗ cũ venis in eiſdem locis argentum viuũ ⁊ ex lapidibus qñ igniũtur exſudat ſulphur ⁊ ꝑcipue ex lapidibus in q̃bus eſt es ſicut in loco qui goſlaria vocatur. Omniũ autem horꝫ querit phiſicus cognoſcere cauſam. ſicut diximus in ſcientia lapidum locus generat locatum per ꝓprietates celi que influũtur eis per radios ſtellarũ. in nullo enim loco elementi inueniũtur radii omniũ ſtellarum niſi in terra vt dicit Ptolomeus. eo ꝙ ipſa ſit ſicut inſenſibile centrũ totius celeſtis ſpere. maxima autem virtus eſt radiorꝫ in loco in quo vniũtur omnes. ⁊ ideo terra mirabiliũ ⁊ multarum rerũ eſt ꝓductiua. Ad notitiã autem cauſarꝫ omniũ modorum inductorꝫ ſciendũ ꝙ verum metallũ non generaẗ niſi ex ſublimatiõe naturali talis humidi q̃le dictũ eſt. ⁊ talis terrei q̃le dictũ eſt ſupius. In loco enĩ vbi terreũ ⁊ aqueũ prius ꝑmiſcenẗ ꝑ cal. loci vbicꝫ mixtum eſt multũ impurũ cum puro qđ impurum nõ prodeſt ad generationem metalli. Ab illo aũt loco cõcauo qui in ſe hꝫ talẽ mixturã ṽtute fumi eleuati egrediũtur pori parui vel magni ⁊ multi vel pauci per naturam lapidis vel terre in q̃bus fumus eleuatus ſiue vapor diu ꝯtenſus in

Flumia aurifera.

Gñatio auri duplex.

Gñatio argenti.

Ferri generatio.

Aeris generatio.

Goſlaria.

Plumbi ſtagni et argẽti viui gñatã.

ſe ipſum ꝓfocatur ⁊ reflectit. ⁊ cum ſit in ipſo ſubtilius illius materie que cõmixta eſt congelatur in canna illa ⁊ in poris eius vaporabiliter cõmiſcetur ⁊ ꝯuertitur in metallū illius generis cuius eſt ille vapor. ⁊ huiꝰ ſignū eſt ꝙ in omī tali vena qḋ interius ē eſt fumoſum ignobile ⁊ ſi in toto lapide eſt incorporatū metallū qḋ ſuperiꝰ eſt eſt feculentū ⁊ inutile. ⁊ ideo qḋ intꝰ eſt melius ⁊ nobiliꝰ eſt. Cuius cauſa procul dubio eſt ꝙ incenſum de materia illa cõbuſtum ⁊ ignitum aſcendit altius ⁊ in cineritatē per incendiū eſt deductū ⁊ quaſi in fecem ⁊ in cinerē. ⁊ ideo hoc quaſi ſiccum ⁊ cõmixtibile ⁊ frāgibile inueniē. Id autem qḋ prefocatū eſt interius in viſceribus lapidis in ſe cõmixtum erat vehementer ⁊ nõ incenſum. ⁊ ideo terminatum eſt calore leni ⁊ lento ⁊ poſtea frigiditate terre congelatū. Et ſiquidē in circuitu locus compactus eſt nõ poroſus. tunc facit vapor viam vnā vel duas vel plures ſcḋm quantitatē ſue virtutis ⁊ ſue quātitatis. ⁊ ſcḋm molliciem loci potuit vel nõ potuit pforare implēs illa vapor cõuerſus eſt in metallum. penetratiuū enim eſt vehementer: cuiꝰ ſignum eſt quoniā qū funditur ſup terram calidū metallum aliqḋ diuerſis vijs penetrat in terrā. ⁊ hoc eſt ſicut in figura vaſis primo in loco in quo recipitur materia ſicut circulus. a. b. c. ⁊ vna vena plena metallo ex vapore generato ſit linea. c. d. ⁊ alia linea a. g. ⁊ ſic multis lineis ſit generatū. Si aūt tota ſubſtantia in circuitu eſt poroſa inſenſibilibus poris. tūc euaporat materia in totam ſubſtantiā corporis circūſtantis ⁊ inuoluet eam. ⁊ pfocata in oībus poris eius metallatur ⁊ cõgelatur. ⁊ efficiē tunc tota ſubſtātia lapidis vel terre circumſtātis in colore ſicut metallum. ⁊ metallū tunc generaē incorporatū lapidi vel materie corporis circūſtantis materiam. ꝓpriē cū generatō metalloꝝ eſt in mõtibus vl' in aqs. eo qḋ loca illa magis ſūt vaporoſa ⁊ magis pfocantia vapores eleuatos in ipis. Si enim apertus eſſet locus expiraret tota materia ⁊ nihil inde omnino generaretur. Aurum aūt qḋ inter arenas generaē vt grana quedā maiora ⁊ minora generātur ex vapore et calido ſubtili valde q̄ inter arenarū materiā prefocatur ⁊ digeriē ⁊ poſtea cõgelatur in aurū purum. locus enim arenaꝝ calidus eſt ⁊ ſiccus valde. aqua autem ingrediens claudit poros ne expiret. ⁊ ideo in ſe pfocatur ⁊ ꝯuertitur in aurum ⁊ ideo etiā tale aurum melius eſt cuius due ſunt cauſe. vna quidem quia depuratio ſulphuris optima eſt per frequentē loturam. et ſulphur qḋ in locis aquoſis eſt frequēter lauatur ⁊ depuraē. ⁊ hac eadē cauſa etiam terreū argenti viui lauatur ſepius ⁊ depuratur ⁊ ſubtiliatur. Alia aūt cauſa eſt concluſio poroꝝ in fundo aquaꝝ ⁊ in ripis ⁊ ideo vapor reſolutus optime in ſeipſum conuoluitur ⁊ pfocatur ⁊ digeriē nobiliter ad ſubſtantiā auri ⁊ cõgelatur in aurū. Signū aūt

Gñatio auri iter arenas.

ꝙ locus eſſe debeat talis diſpoſitiõis vt dictū ē. eſt qḋ inuenimꝰ in operibus alchimicoꝝ peritoꝝ q̄ melius naturā imitanē quoniā cum elixir facere volūt qḋ habeat colorem ⁊ tincturā auri. primo quidē accipiūt vas inferius amplū qḋ totā recipiat materiā ſulphuris et argenti viui depuratoꝝ vel alioꝝ que in elixir recipiūtur. Deinde cõſiderant ꝙ ſup illud ſit vas habens collū longum ſtrictū. ⁊ ſup illius colli foramen ſit operculū ex luto in quo ſit foramen valde modicum ⁊ ſtrictū. deinde inhumāt. hoc eſt immergunt fundū vaſis introrſus in cineribꝰ vel fimo ⁊ forte in fimo equi melius eſt qḋ vocāt equi clibanū ⁊ tunc ſupponūt ignem valde lentum. ⁊ qui melius faciunt. faciūt hec vaſa vitrea ⁊ eſt primi vaſis diſpoſitio ſicut figura vrinalis. ⁊ ſcḋm ſtat ſup illud ⁊ recipit totū vaporem qui reſoluiē ex ipſo. ⁊ eſt ꝯtactus vitreoꝝ vel vaſorum linitus optime luto ne aliquid ꝑ illum locū expirare poſſit. receptum ergo vapore dirigit ſurſum in collum ſuū longum qḋ paulatim ſtringiē ⁊ in ipſo vapor pfocari incipit ⁊ cõuolui. illud vero qḋ incenſum eſt de vapore euolat fuliginoſum ꝑ foramen ſtrictum operculi colli. cū ergo pforatur redit ad ſubſtantiā citrinam ꝯuolutus in ſeipſo. qḋ poſtea acceptum tingit qḋcunqꝫ vis metallū in colore auri ⁊ forte pulchriorē ſi fuerit nobile elixir in quo in nullo errauit artifex. Modꝰ autem vaſorū eſt figura talis ꝙ inferiꝰ vas ſit. a. b. c. d. ſupius aūt vas. e. g. f. ⁊ operculū ſit figura. h. ſic ergo etiā erit in natura. Et propter hoc patet ꝙ oīs generatio metalli fere inuenitur diffuſa per venas ⁊ poros que ſunt ſicut collū loci in quo vas pfocatur ⁊ ꝯuoluitur. In lapidis autem ſubſtātia ⁊ lapidoſis locis hec generatio ꝯuenientior eſt ꝓpter loca vndiqꝫ clauſurā ⁊ ſoliditatem. Hec ergo de locis generationis dicta ſunt. Qualiter enī inueniūtur metallū aliquādo durum aliquādo molle inferius melius q̄ hic determinabiē. Dictum eſt igitur de ſubſtantialibus cauſis metallorum per hunc modum.

Tractatus ſecundus Tercii libri mineraliū qui eſt de actionibus metalloꝝ Capitulum primū de quo eſt intentio de congelatiõe ⁊ liquefactione metallorum.

OPortet etiā ⁊ accidētia cognoſcerē q̄cūqꝫ ꝑ ſe accidūt metallis ſicut liq̄bilia eſſe ⁊ ductibilia ⁊ colores ipſoꝝ ⁊ ſapores ⁊ odores ⁊ cremabilitates ⁊ q̄cūqꝫ talia videnē ꝑ ſe accidere ipſis. Eſt aūt liq̄bilitas metalloꝝ aliquid hūs ꝓpriā ab alijs que liquanē. alia aūt que liquātē diffluūt. nec remanet pars cū parte ſicut cera ⁊ ſal ⁊ huiuſmodi ſiue calido ſicco ſiue frigido humido liquanē. In metallis aūt non recedit a ſicco humido. ſed in ipſo ſoluit ⁊ cum ſolutū eſt mouetur in eo quaſi ipm̄ deglutiuerit terreū ⁊ moueat in viſceribus eius. Propter ꝙ etiā dicit Hermes ꝙ genitrix metalli eſt terra que portat ipm̄ in ventre ſuo ⁊ hec cauſa eſt ꝙ nō adheret tangēti nec humectat ipſum. eo ꝙ ſiccū terreum ꝓhibet ipſum humefacere ⁊ adherere. Humidū autem ꝗ habet ſiccū quieſcere / ⁊ ſic vtrumq3 agit in alterū ⁊ patitur ab altero. Cum aūt metallū eſt in aliquo nō bene cōmixtum eo ꝙ non vtrūq3 cōtinetur in vtroq3. tunc in igne aduritur terreū ⁊ euaporat humidū. eo ꝙ humidum nō extinguit terreū defendendo ipm̄ ab igne ⁊ terreū non tenet humidum ꝓhibens euaporationē humidi. tale metallū in liquatione ſua frigidā habet multum ⁊ fetidū ꝓpter ſulphuris fetorem ⁊ ſcoriam ⁊ fecem relinquit plurimā ꝓpter terrei ipſius adultionē. Et qđ aūt habet hec pura valde ⁊ optime cōmixta hoc non euaporat humidum in quātitate que ſenſibilis ſit. nec etiam aduritur in eo terreum ⁊ ideo fumū paucum habet non fetidū ⁊ fecem q̄ſi nullā ſicut aurum.

Cā aduſtiōis metalloꝝ.

Coagulatio aūt ipſorum non eſt adeo differens ſicut liqtio ipſorum. Coagulatio enī ipſorum eſt a frigido cōprimente in centro ſicci. humiditas aūt ſi ſit pura radicalis ſiue in pura ſuꝑflua ⁊ ſiue ſit bene commixta. ſiue ſit male cō mixta cōprimitur vno modo ⁊ eodē. occultata enim in centro ligatur ne exiret et macula ſicci terrei. Idem aūt de his q̄ calido ſicco non liqueſcūt ſed molleſcunt ſicut frigidum. mollities enim nō prouenit niſi ex ſolutione humidi qđ moueri incipit intra ſiccum in quo cōtinetur inuiſceratū. Ea aūt que balbutientē vt dicit Ariſto. habent mixturā ſicut ſtagnum quo plus liqueſcūt eo ſicciora ſunt ⁊ fragiliora. eo ꝙ volant ab ipſo partes humide et remanent ſicce non bene glutinate ꝓpter qđ franguntur citius. Vocatur aūt balbutiens mixtura que in aliquibus partibus mixtionis rationem attingit ⁊ in quibuſdā non ſed eſt cōpoſitio quaſi minima ſicut homo balbutiens quedā verba attingit ⁊ quedā non. Et quia illa nō ad plenū mixta ſunt: ideo etiā quādo liqueſcunt facile euaporāt. eo ꝙ non bene colligate partes dimittūt ſe inuicem ⁊ tunc humidum non ꝓtegit ſiccum ab inceſſiōe ⁊ ſiccum non retinet humidū ab effuſione ⁊ vaporatiōe. Signū autem eius qđ diximus eſt ꝙ quando plumbū ⁊ ſtagnum coagulata aliquādiu iacuerint: tunc exterius q̄ diu contrahūt ſcabioſitatem erunt fuſca ⁊ forte nigra per longitudinē temporis qđ contingit abſq3 dubio duabus de cauſis quarū vna eſt quia cum cōprimitur ꝑ frigus ad interiora humidum relinquit exterius terreū ⁊ ſiccum ⁊ tunc hoc inducit fuſcum colorem. Secūda autem eſt quia modicum humidū qđ exterius eſt euaporat calore circumſtantis aeris ⁊ tunc iterum remanebit fuſcum terreū colorans ſuperficiem. Propter ꝙ etiā plumbū plumbo non cōſolidatur cum extremitas vtriuſq3 liqueſcit ferro cādente / niſi prius dura ſuperficies radatur ⁊ tollatur ſiccum terreum qđ impedit conglutinationē. eo ꝙ conglutinatio vnius cum altero eſt per virtutē humidi quod influit in aliud ⁊ non per virtutē ſicci qđ ſtat in ſeipſo. Sed nec conglutinatio fit niſi poſtq̄ raſum eſt vngatur ſepo vel aliquo quodā pingui vnctuoſo. qđ ideo fit per argentum viuū quia in plumbo eſt habet humidū vnctuoſum ſicut ſepius dictū eſt. ⁊ ideo nō adheret ſuperficiei niſi per aliqđ habens ſimbolū in natura. Eo autem cōglutinat ferrum ⁊ argentū pre alijs cum liqueſcit eſt conglutinatiuū metallorum. ⁊ cauſa eſt quia argentum viuū in eis eſt bonum ⁊ ſubtile ⁊ purum ⁊ gratia humoris viſcoſi qui eſt in illo fit conglutinatio. ⁊ cum eſt tale ꝓpter cognationem et ſimbolū nature penetrat in ea q̄ cōglutinantur ⁊ fortiter continet ea ſimul. Hec igitur de liquabilitate ⁊ coagulatiōe metallorum dicta ſunt. quoniā in metheo. in cōmuni diximus de natura liquabilium.

Ariſto.

Eo conglutinat metalla.

Capitulum ſecundū de ductibilitate metallorum.

Ductibilia vero videntur eſſe illa ſola metalla q̄ magis ⁊ melius omnibus alijs ducuntur. Cauſa vero ductibilitatis in genere eſt q̄ dicta eſt ſupius humidū videlicet in ſicco clauſum ſed non omino ligatū. Cum enī hoc ſoluitur ꝑ expulſionē algoris ligātis ipm̄ tunc enī natat in terra ꝙ etiā ferrum ⁊ lapides in ipſo natāt ⁊ nō ꝓfunduntur propter impetū ebullitiōis ⁊ ſpiſſitudinis humidi metallici. humidū enī quando ligatum eſt ꝑ algorem nihilominus ineſt. ⁊ cum percutitur metallū ictus facit ipm̄ cedere circūſtando ⁊ ſic cedendo ꝓducitur cōtinue ſed in hac paſſione facultatē habent valde differentē. Aurum enī pre omnibus ⁊ argentum poſt hoc ſunt ductibilia. deinde aūt cuprum multum depuratum ⁊ poſt hoc ferrum. minus autem ſtagnū ⁊ plumbū aurum ducitur in dilatiōes maximā. ita vt pellet iuant q̄ ponitur ſuper ferrum ⁊ ponitur in picturis. Et adhuc plus cum enī ꝓducitur argentū ⁊ ponitur ſuper aurū in certa ꝓportione ad argentū vt ſi ſup q̄ttuor marchas argenti ponatur ſexta auri vel minus tm̄ ꝓducit aurū quantū ꝓducere poteſt totū argentū. ita ꝙ nō apparet niſi colorās argentū ⁊ ſi liquatur pelte ꝓducte nō apparet aurū ſed argentū totū. Sed ſi aurum ꝑ ſe nō ſup argentū ꝓducatur tūc nō poteſt intantū ꝓduci quia nō poteſt portare ictus malleorum ſine perforatione. argento aūt ſuppoſito defenditur ab ictibus. Cauſa aūt ꝓfecto eſt ſubtile humidū qđ apprehendit in ſe ſiccū. hoc enim humidū cedit nō deſerendo partem ꝓpinquā ſed trahēdo eam ⁊ ſic cōtinue cedendo magis ⁊ magis producitur. Que cunq3 autem minus ꝓducuntur propter alterā duarum cauſarum hoc in ipſis contingit. aut enim magis groſſum ⁊ non depuratum

Cā ductibilitatis.

habent humidū q̄d non eſt adeo dilatabile. aut balbutiētem paſſa
ſunt mixturā inquantū ꝑducitur pars deſerit partem vicinā extra
quā extendit eam malleus percutiens. Propter q̄d etiā in alchimicoꝝ
operatione probaẛ error incidere. quia ꝓpter multam mixturā albo
rum vel citrinorum corpoꝝ cum argento viuo in confectione quam
elixir vocant intrat ſiccum ſuper humidū in metallis coꝝ ⁊ nō ſunt
fortiter cōiacentia ⁊ permixta. ⁊ ideo frequētiſſime ſcindūẛ quando
producūtur metalla que faciunt alchimici. niſi valde imitentur na-
turā ⁊ opus nature attingant. vl̄ fere attingāt ſic vt ſupra diximus
Cum enī miſcenẛ ſibi metalla ſicut ſtagnū ⁊ es vel aliqua alia ꝓpter
balbutientē mixturam amittūt ductibilitatē. ⁊ franguntẛ quando ꝑ
cutiantẛ malleo. eo ꝙ non ꝑmixta ſed compoſita. ⁊ vnū ſubintrauit
alterum colorans ipſum tantū. Hec igiẛ eſt cauſa ductibilitatis.

Capitulum tertium de colore metallorum.

Tres co
lores me
tallorū.

De coloribus aūt metallorum nō eſt difficile determinare
tres enī colores inueniūtur in ipſis ſcōm plus ⁊ minus.
Quoꝝ vnus cōmunis eſt qui eſt ſplēdidus fulgor ad mo
dum lucis incorpatę in colorato corpore. Alterū autem
qui eſt albus habēt plura metalla ſcōm plus ⁊ minus ⁊ illud q̄d eſt
albiſſimū eſt argentū. poſt aūt ſtagnum. ⁊ tertio plumbū ⁊ minime
ferrū. Tertius vero color eſt citrinus vel ſubrubeus quem maxime
habet aurū ⁊ ſub ipſo cuprum. cupri enī color vergit ad nigrum adu
ſtum. Supponamus aūt hic ꝙ in ſenſu ⁊ ſenſato ꝓbatum eſt ꝙ co-
lor ſit extremitas ꝑſpicui terminati ⁊ tunc in quocūqꝫ corpe eſt con
denſatū perſpicuū clarum ⁊ purū illud eſt habens fulgorē quaſi
incorporatū colorē. Perſpicuū enī cōdenſum nitet ⁊ fulget. eo ꝙ den
ſitas eius retinet lumen ꝑ q̄d natus eſt recipere ſicut potē
tia ꝓprium recipit actū. Nitor ergo ⁊ fulgor metalloꝝ cōmunis erit

Cā nito
ris me-
talloꝝ.

ex aqueo ſubtili termīato ⁊ cōdenſato in metallis. ⁊ q̄dcūqꝫ metallū
habet aqueū ſubtilius ⁊ purius ⁊ denſius illud eſt plus nitidum et
ſplendidū cum politū eſt. quia in nō polito pars obumbrās ipſum
parum vel multū impedit ſplēdentē. Aurum autē pre oībus iſta de
cauſa fulget. ⁊ poſt h̄ argentū. ferrū autē optime depuratū ab alchi-
micis dicitẛ habere in ſe aliq̄d argenti ⁊ vicinū eſſe ſibi. ⁊ ideo cū po-
litum eſt fulget vt ſpeculū. Cauſa enī ſpeculi eſt humidū bene polibi-
le ⁊ terminatū. hoc enī recipit imagines ꝓpterea ꝙ eſt humidū. ⁊ te-
net ⁊ cōtinet ꝓpter hoc q̄d eſt terminatū. non enī ſic teneret eas niſi
eſſet incorporatū humidum ⁊ terminatū. ⁊ ideo in aere nō tenentur
ſic imagines que tamē recipiuntẛ in ipſo. quia aer ſpiritualis exiſtēs
talia recipit ſcōm eſſe ſpirituale. ⁊ nō terminatū exiſtens nō congre-
gat ea in ſitum ⁊ figurā debitam ad repſentandū. ſed eſt quaſi via ꝑ
quam tranſeūt imagines. ⁊ non ſicut terminatū eſſe dans imagini-
bus. Albus aūt color in metallis cauſaẛ ex humido terminato a ter

Cā albe-
dinis me
talloꝝ.

reſtri loco ⁊ ſubtili ⁊ digeſto. hoc enī albiſſimū eſt vt patet in calce.
hoc aūt eſt fere in oībus metallis. ſed quādocūqꝫ metalla hoc ha-
bent terreſtre lutulentū ⁊ impurum vel terre adultum illa vel fuſca
ſunt vt lutū vel nigra efficiuntẛ. vt cōbuſtum terreſtre ſicut apparet

Cur plū
bum fuſ
cum.

in fuligine. Plumbū igiẛ ad fuſcum colorem ſemꝑ vergit. ꝓpter terre
ſtre lutulentū non aduſtum. ⁊ ſtagnū minus illo ꝓpter minorē lu-
tulentiā. Argentum aūt ſemꝑ nitet albedine ꝓpter terreſtreitatem locū

Cur ar-
gentum
album.

⁊ ſubtilem ⁊ bene digeſtū. Ferrum aūt ꝓpter terreſtre in ipſo aduſtū
eſt fuliginoſum ⁊ nigrū. ⁊ hac eadem de cauſa ſemꝑ contrahit rubi-

Cur fer-
rū rubi-
ginē con
trahat.

ginem cuius cauſa non eſt niſi quia terreſtre aduſtū habet. quia q̄d
eſt putredo in humidis mollibus hoc eſt rubigo in ferro. euaporato enī
humido remāſit aduſtū ſiccum cōbuſtum ⁊ redit ad cineres. Signū
aūt huius eſt quia maxime tunc contrahit rubiginem cū aliq̄d adurēs
proiciẛ ſuper ipſum ſicut eſt ſal vel ſulphur vel auripigmentū vl̄ ali
quid huiuſmōi. Sed argentū non vergit ad rubiginē. ſed potius in
colorem azuri ꝓpter multam perſpicuū q̄d eſt in ipſo ꝙ generat ex eo
colorem alchimiſti q̄ eſt bonū azurū. ꝓpter ꝙ hermes dixit et pater

Azuriū
ex argēto

alchimie docet ꝙ ſi lamine argēti linianẛ ſale armoniaco ⁊ aceto ⁊ ſu
ſpendanẛ ſuper alembech q̄d eſt genus vaſis ꝙ lamine tranſeūt in co
lorem azuri. ⁊ tāc ſi incinerantẛ lamine cum ſulphure vt fiat puluis
⁊ rotatur deſuꝑ cum aceto ⁊ zeruph q̄d eſt herba quedā fermentabiẛ
ſimul ⁊ cōdelebitur azurū. Sed verum eſt ꝙ multo adurūt argentū
que nō adurant aurū. quia terreū ſuū ⁊ humidum ſuū minus ſunt
depurata ⁊ minus cōmixta. ⁊ ideo quia ſuꝑ argentū balneo vel cali
de aſperſum ſpargaẛ ſulphur conuertit ipſum in nigredinē/eo ꝙ adu
dum valde ſpargaẛ ſulphur conuertit ipſum in nigredinē. cum aūt coquiẛ in ſale ⁊ tartaro albeſcit ⁊
rit terreſtre q̄d in ipſo eſt. cum aūt coquiẛ in ſale ⁊ cartaco albeſcit ⁊
depuratur ꝓfecto quia talia acuta cōdemnant terreſtre ⁊ cōbuſtum
ſeparant ab ipſo ⁊ tunc reſiduū magis purum albius efficitur. Color

Cauſa
citrinita
tis me-
talloꝝ.

aūt citrinus in metallis cauſaẛ ex ſulphure colorāte ipſum. calidum
enī decoquens fortiter humidū terreſtri admixtū cōuertit ipſum ad
citrinū vel ſubrubeū colorem. ſicut patet in ſacētia vrinarū ⁊ in al
chimicis ⁊ in lexiua rubea vel ſubrubea ⁊ colera crocea. Similiter aūt
mel ⁊ fel in quibus egit calor digerens fortē actionem. Si igiẛ terre-
um eſt valde parum ⁊ ſubtile aqueū ⁊ calor in ipſis nō poteſt ea ſepare
ad cōbuſtionē ſed digeſſit ⁊ alterauit colorem coꝝ in citrinū ſplendi
dum. ⁊ hec eſt cauſa coloris auri. ⁊ ideo nō aduritur ſulphure proie-
cto ſuꝑ ipſum. Si aūt eſt terreſtre impurū ⁊ nō bene cōmixtum tūc
adurit ipſum calor digerēs ⁊ cōmiſcens ⁊ efficiẛ citrinū ꝙ poſt mo-
dicū tempus declinat in nigredinē fuliginoſam ſicut eſt in ere. ⁊ ideo

Cur ſtatue ere antiq̄ denigrent.

omnes imagines eree antique denigrant ⁊ vaſa ſimiliter. ⁊ ſulphure protecto ſuper eo calidū adurit valde vehementer. eſt enim in ipſo terreum aduſtum ⁊ aduſtibile ſicut diximus ⁊ cum humido non ſatis permixtū. Tanta igitur dicta ſunt de coloribus metallorum.

Capitulum quartū de ſaporibus ⁊ coloribus metallorꝫ.

Odor et ſapor metallorū a ſulphure

De ſaporibus aūt ipſorum ⁊ odoribus ſimul oportet determinare. eo ꝙ odor ſequela quedā ſit ſaporis. Generaliter aūt verum eſt de omī metallo ꝙ ꝓpter ſulphuream ſubām quā hꝫ aliqd hꝫ acuitatis ſapor eius. qḋ licet minime videat̄ in plūbo ⁊ ſtagno tamē in his ꝓbatur ꝑ illud ꝙ aqua q̄ diu currit vel ſtat in fiſtulis plūbeis vel ſtagneis efficit̄ inteſtinorꝫ ſiue viſcerū excoriatiua. De ere autē et auro non eſt dubiū cum illa ſint calida ⁊ maxime eo qḋ eſt aduſte ſubſtātie ⁊ ferrum ſcḋm aliqd. Et hoc etiam eſt ꝙ odores eorꝫ aliquid habent acuitatis. Eſt iterꝫ generaliter verum omniū metallorꝫ ſapores ⁊ odores eſſe ſcḋm aliquid fetidos ꝓpter eādem de qua diximus ſubſtantiā eorum ſulphuratam. magis tamen fetida ⁊ minus ſulphuris malitia fracta eſt in ipſis. In auro enim minimū eſt fetoris eo ꝙ ſulphur ſuū nullam prorſus habet maliciā. eo ꝙ ſubtile eſt nō habens niſi cōplexionalē vnctuoſitatem ⁊ bene mixtū ſicut inferius oſtendemus. Tamē propter ſimilitudinē ſue complexionis ⁊ cōpactionem minus vaporat. ⁊ ideo etiam min⁹ ⁊ pene nihil odorat. Argentū autem habet terreū non quidē aduſtū ſed aduſtibile. ⁊ ideo eſt magis vaporatiuū ⁊ magis odoriferum q̄ aurū ſed multo minus q̄ es ⁊ habet argentū in cōparatione ad es guſtū dulcem ⁊ odorem dulcē ſed declinātem ad ſulphureitatem paruā ⁊ aurum habet dulcorem ſed parum immutat guſtum ⁊ quaſi nō eſt ſenſibile. Ferrum aūt habet terreſtre cum ſulphureo parum mixtū. plumbū autem ⁊ ſtagnū hebetes habēt valde ſapores ⁊ odores ꝓpter multam aquoſitatē que ē in eis. Sed magis in metallis liquidis et odor vapore perpenditur ſapores eorum propter hoc ꝙ ſapor eſt ſequela cōplexionis magis q̄ complexionātum. eo ꝙ cōplexionāta aliqn̄ omnino alios hn̄t ſapores ⁊ odores q̄ ipſa cōplexionata. ⁊ ideo ſcḋm aliquid vapor ⁊ cōplexio metalli viꝫ deꝓhenditur odore vel ſapore ipſius. Inter omnia aūt metalla magis eſt vaporatiuū es ⁊ poſt hoc ferrum. ⁊ ideo illa inficiūt vehemēter ſapores aquarum que manant ſup̄ mineras eorum. vnde aqua egrediens de terra in qua eſt multū es ſicut in loco qui vocatur Goſlaria in quo aqua ita efficitur amara qḋ in ea nihil omnino viuit. ⁊ eſt amara valde ⁊ abominabilis. Signū autem huius eſt ꝙ ſi vinū vel alius liquor preter aquam infundatur vaſi eneo. ſtatim inficitur amaritudine abominabili ꝙ vix bibi poteſt. aqua aūt non ſtatim inficit ita ꝙ immutet ſaporem eius ꝓpter frigiditatē naturalem aque que reprimit euaporationē. Si autem diu ſtet ⁊ maxime ꝓut de ſub terra vbi calor incluſus eſt ⁊ mineras eius cōtinue facit vaporare inficiatur aqua ſapore ⁊ odore. Eſt igitur cōparatione ad omē lapidum genus ſapor ⁊ odor ꝓprium metalli quia etiam lapides quidā vaporant ⁊ odorant tamē illi veri lapides non ſunt ſed ſunt ex lacrimis ⁊ gummi ſicut kakabre ⁊ gagates ſicut etiā diximus in libro de lapidibus. Eſt tamen fetidus ſapor ſimiliter ⁊ odor fetidus metallorꝫ licet vnum in comparatiōe alterius dulcem vel alium habere dicatur ſaporē vel odorem. Sicca autem ſunt vehementer odores eorum ⁊ vapores. ⁊ ideo cōterunt oculis fluentibus et nocent valde precordijs cuius ſignū eſt ꝙ operarij qui fodiunt metalla quando ignitant ea obſtruūt os ⁊ nares dupla vel tripla filtro ne vapore nimis ledant̄ in ſpiritualibus. his enī precipue nocēt ſicut diximus. Tanta igitur de ſaporibus ⁊ odoribus metallorꝫ dicta ſunt.

Cur plūbum et ſtagnum hebetes ſapores ⁊ odores habent.

Cur vaſa erea alios liq̄res inficiunt p̄ter aquam.

Capitulū quintū de cremabilitate ⁊ incremabilitate metallorꝫ.

Est autem de numero eorꝫ que metallis accidunt ⁊ multū indicant ſubſtantias eorum cremabilitas ſiue aduſtibilitas ⁊ inaduſtibilitas quorꝫ cauſas ⁊ differentias oportꝫ in metallorꝫ naturis agnoſcere. Scimus autem ꝙ aqua ſcḋm ꝙ huiuſmodi nō eſt de numero cremabiliū ſed potius que eiſq́ vnctuoſam habent valde humiditatē permixtā cum terreſtri ſubſtātia. Scimus aūt ſulphur eſſe valde vnctuoſum ⁊ terreſtre. Aliā autem habet magis aqueā ſub illa proxime natantē in partib⁹ eius. Tertiam aūt habet humiditatem radicatus infixam ⁊ immerſam partibus que terminata eſt ad complexionē. ⁊ ideo ſola cōplexionalis non facile ſeꝑabilis ab ipſa ſine totius rei deſtructione. Oportet igitur ⁊ in ſulphuris natura ſic eſſe ꝓpter qḋ precipiunt peritiores alchimie ꝑ lotiones acutas ſicut eſt acetū ⁊ lac acetoſum ⁊ ſerū caprinū ⁊ aqua ciceris ⁊ vrina puerorꝫ remouere a ſulphure duas ꝑmas humiditates. ⁊ etiam per decoctionē et ſublimationes plures factas in alembico. quia vna illarum procul dubio ignem nō ſuſtinet ſed cremabilis exiſtens cum incenditur in igne concremat ſubſtātiā metalli. quare ideo non tantum inutilis eſt ad propoſitum ſed etiā nociua. Secunda autē euanida eſt ⁊ euaporatur in igne. ⁊ ideo nec illa aliquid confert propoſito in alchimicis intentionibus. Tertia aūt radicaliter inherēs ⁊ intrinſeca manet ⁊ ideo ꝯfert ꝓpoſito. Similiter aūt cōſiderandū eſt in argento viuo qḋ eſt ſcḋm elementū metallorꝫ. illud enī qn̄ eſt purum in terrea ſubſtantia bene lotū ⁊ ſubtile ⁊ apꝓhenſū fortiter permixtā cum humido aqueo. ⁊ ſimiliter humidū aqueum non eſt abundans nec diminutū ſed equale com-

Cur auꝝ non crematur.

Cur es adurit̃.

plexioni ⁊ viribus terrei qḋ eſt in ipſo. tunc vtrūq; defendit alterū ab igne vt diximus ſepius qm̄ terreū tunc tenet humidū ⁊ nō ſinit ipſum euaporare ⁊ humidū extinguit terreū ⁊ nō ſinit ipſum incendi. ſi aūt lutulentū eſt terreum vel abundās ſuper humidū vel diminutū ab eo aut certe equale/ ſed non fortiter apꝑhenſum in mixtura tunc incendit ⁊ cremabitur ⁊ aduret ſubſtantiā metalli. Similr autē ſi humidū non fuerit digeſtū cōgrue cōplexioni metalli ⁊ non bene terminatū aut abundās aut diminutū oportebit neceſſario euaneſcere per euaporationē ⁊ remanere ſubſtantiā metalli ſiccā ⁊ cremabilem. Secundū hoc vero conſyderandū eſt in cremabilibus metallorum ⁊ eſt cremabile vbi aliqḋ iſtorū inuenitur ⁊ magis cremabile vbi plura ⁊ plura hoꝝ cōcurrūt. Auꝝ ergo purū ⁊ bonū ꝓpter vtriuſq; conditiōes optimas ſulphuris videlʒ ⁊ argenti viui minime crematur/ quecūq; cremant alia metalla nō cremant ipſum ſed depurant ſicut ſal ⁊ later tritus ⁊ ſulphur ⁊ arſenicū ⁊ huiuſmōi. Argentum aūt poſt hoc minus/ eo ꝙ ſulphur ſuū habet aliquid aqueitatis ſulphuree ⁊ ſimiliter ſuū argentum viuū. ⁊ ideo cum euaporat hec aqueitas tūc denigrari p adurentia primo incipit argentū ⁊ poſtea adurit̃ adurētia vt ſunt ſulphur ⁊ argentū ⁊ ea que dicta ſunt ⁊ plura alia q̄bus alchimici vtunt̃. Es aūt multum adurit̃ quia ſulphur nō habet bene retentū in aqueo argēti viui ⁊ terreſtre nimis. ⁊ ideo de facili crematur valde. Et vidi ego ꝙ in monte eris ligna viridia ad lapidem eris apodiata ſtatim cremabant̃ ꝓpter abundantiā ſulphuris ⁊ pinguedinis egredientis de lapide eris. Ferrum aūt aduritur in rubeum multū eo ꝙ terreſtreitas in eo ſuperat ⁊ incendit̃. Stagnum ⁊ plumbū nō bene habent a lutea pingui ſubſtantia emūdatum argentū viuū ⁊ ſulphur nimis eſt aquoſa ⁊ ideo euaneſcēte p ignem aquoſo adurit̃ lutea ſubſtantia vnctuoſa in ipſis. Hec igitur de cremabilitate ⁊ incremabilitate dicta ſunt.

Capitulū ſextū ꝙ generatio metalloꝝ ad ſe inuicē ſit circularis.

His aūt adiciendū eſt cōmune oībus metallis eſſe ꝙ propinqua eſt valde materia eorum. Scimus aūt ex his que in ſcientia perigeneos determinata ſunt ꝙ inter habētia ſimbolū in materia ⁊ virtutibus et potētas naturalib⁹ facilis eſt trāſmutatio adinuicem. ꝓpter qḋ ⁊ multorū philoſophorum quoꝝ tamen pater eſt hermes trimegiſtus qui ꝓpheta philoſophoꝝ vocatur aſſertio eſt circularem eſſe metalloꝝ generationē. ⁊ ex ſe inuicem ſicut ⁊ circularis eſt generatio elementoꝝ qḋ etiam mihi videt̃ veriſſimū. Cum eīm in materia nō diſtent remota et ꝓpinqua ſicut ex prioribus patet differentie eorum ſumūtur penes vtriuſq; partes materie depuratas ⁊ digeſtas eſſe nō depuratas etiam indigeſtas. Cōtingit aūt omne impurū ⁊ indigeſtū depurari ⁊ digeri/ ſi preualent virtutes naturales digeſtionis. contingit etiā omne digeſtum molliri per aut cōmixtionem indigeſti aut forte debilitatem caloris terminantis. Contingit igit̃ materias proximas elementorū ad inuicem trāſmutari que trāſmutata neceſſe eſt ipſa ad inuicē eſſe trāſmutabilia. Per hunc igit̃ modum ꝯtingit circularem eſſe ex ſe inuicem metalloꝝ generationem. Probant aūt hoc experta tam in nature operibus qʒ in artis ſolertia. In nature eīm operibus vidi proprio didici ꝙ ab vna origine vena fluēs in quadā parte fuit aurum purū: ⁊ in alia parte argentū habens ſibi admixtā calcem lapideam ⁊ dixerunt mihi foſſores ⁊ depuratores metallorum ꝙ hoc frequentiſſime ꝯtingit. ⁊ ideo dolent ſe inueniſſe aurū/ quia aurū eſt prope originē ⁊ tunc deficit vena. Ego aūt diligenter tunc examinans inueni aliqḋ genus eſſe vaſorum in quo cōuerſa erat minera in aurū ⁊ aliud in quo cōuerſa erat in argentū. vas eīm ꝙ habebat aurum fuit lapis duriſſimus in genere de numero eoꝝ lapidum ex q̄bus cum calibe excutit̃ ignis ⁊ habebat aurum purū ⁊ non incorporatū. ſed in cōcauo ſui cōcluſum ⁊ modicū terre combuſte erat inter partes lapidis ⁊ auri. ⁊ erat lapis apertū habens foramen ad venam argēti q̄ tranſiuit p lapidem nigrū nō multum durum ſed terreſtrem/ ⁊ ſuſſum eſt nigrū ⁊ erat illoꝝ lapidum ex quibus fiunt tegule ad tegendos domos. ꝓbatur tamen ꝙ ex vno loco q̄ erat vas materie mineralis euaporauit vtrunq; ⁊ diuerſitas depurationis ⁊ digeſtionis diuerſitate metalli ſcḋm ſpeciem fuerant operata. Artificium aūt experimentū eſt ꝙ faciunt alchimici qui vnā ſpeciem metalli ſi cū natura operant̃ deducūt in aliam quēadmodū dictū eſt. Sic igit̃ nō eſt improbabile circularem ex ſe inuicem eſſe generationē metallorū ⁊ hoc ſolum metallum eſt propriū inter elemēta ⁊ cōmixta. Sed nō lateat nos ꝙ in omnibus que circulares ex ſe inuicem habent generationes facilior eſt tranſitus eoꝝ que in pluribus habent conuenientiā. ꝓpter hoc etiam ex argento facilius fit aurum q̄ ex alio metallo. non enim mutari oportet in ipſo niſi colorem ⁊ pondus. ⁊ hec de facili fiunt. compacta eīm ſubſtantia magis adheret pro certo pondus diminuto aqueo ⁊ aucto bono citrino ſulphure cōſequenter variabit̃ color. hic autem modus eſt ⁊ in aliis. Tanta igitur de cōmunibus paſſionibus metallorum dicta ſunt.

Incipit Quartus Liber in quo determinatur de metallis in ſpeciali.

Pater ꝛ mr̄ metallorꝫ Sulphur.

Iam ordo expoſtulat vt de metallis in ſpeciali diſſeramus qḋ fieri non potuit niſi priꝰ eorū nature rationes ꝛ accidētia determinarent. a cōibus enim ꝓcedit ſpeculatio vſqꝫ ad elementa particularia ſicut in principio phiſicorum eſt determinatū. Dicentes igitur in ſpeciali de metallis tangemus primo de his q̄ quaſi vniuerſalia metallorꝫ ſunt ſicut pater ꝛ mater ſicut dicūt metaphorice loquētes auctores alchimie. ſulphur enī eſt quaſi pater ꝛ argentum viuū mater qḋ conuenientius dicitur ſi ſulphur dicatur eſſe in cōmixtione metallorꝫ q̄ſi ſubſtantia ſeminis paterni ꝛ argentū viuum ſicut menſtruū qḋ coagulatur in ſubſtantiā embrionū. De ſubſtantia igit̄ ꝛ de generatiōe ſulphuris notandū eſt ꝙ cum liqueſcat ad calidū ſiccum ꝛ coagulet̄ frigido oportet ipſum habere aquā per ea que determinata ſunt in libro metheororꝫ. Cum aūt ſit cōminuibile in puluerē quando ceditur oportet ipſum habere ſubſtantiā terreſtrē ſiccam valde. cum illud ſit facile inflāmabile ꝛ adherens. oportet ꝙ habeat ſubſtātiam vnctuoſam viſcoſam valde vt per vnctuoſam ſubſtantiā ſit inflammabile ꝛ ꝑ viſcoſam ſit adherens flāma autem ipſius eſt multū fumoſa quaſi ad ſaphirinū declinantē nigredinem habens colorē Ex his igit̄ ſcimus ipm̄ eſſe cōpoſitum q̄ſi de quattuor ſubſtantijs aut de tribus ad minus: quoniā cum penetratiuū ſit ꝛ attractiuū vt dicit Auicen̄. in ſua ſimplici medicina. oportet ꝙ in ipſo ſit ſubſtātia ignis. ꝓpter qḋ etiam calidū ꝛ ſiccum in quarto gradu pronūciat̄. Cum aūt ſit facile inflāmabile. oportꝫ ipſum habere ſubſtantiā aeream ꝛ cum ſit liquabilis calido ſicco. oportet ipm̄ habere ſubſtantiam humidā aqueam. ꝛ cum ſit cōminuibile ꝛ citrabile. oportet ꝙ ſit ſubſtantie terreſtris. om̄es aūt has ſubſtantias habet. ita abunde ꝙ in operibus ꝛ in paſſiōibus eius expreſſe ꝛ euidenter manifeſtant. Sicut aūt in antehabitis diximus: oportꝫ ꝙ habeat humiditates tres duas extrinſecas ꝛ vnā intrinſecam ꝛ hoc hic repetere nō oportet. Sed hoc obſeruandū eſt ꝙ fumus eius indicat terreſtrem ſubſtantiā que eſt in ipſo valde ignibilem ꝛ cremabilē. ꝛ fetor eius indicat ipſam eſſe valde indigeſtā ꝛ nō terminatam. ſed potius calore corrumpente eſſe corporis q̄ per digeſtionē cōpletam ꝛ hec incōpletio ſuꝑ facit ꝙ poteſt eſſe materia vniuerſalis omniū elementorꝫ. ſi enī eſſet completū ad cōplexionem vnam determinantē, tunc procul dubio nō eſſet cōuertibile ad alia niſi prius illa tolleretur. ſed nunc ꝓpter ſui incōplexionem cōuertibile eſt in om̄ia ſicut ſemina ꝛ alia ex quibus generātur res nature. ꝛ ideo ſagax natura abundat in ſulphure vbicunqꝫ eſt locus generatiōis metallorum. Cum aūt ſit calidum neceſſario erit aperitiuū et terminatiuū humidi ſe tangentis. ꝛ cum ſit cum hoc ſiccum erit acutū / quia calidum ꝛ ſiccū eſt acutum. ꝛ ideo habet virtutes ſigillantis ꝛ formantis ꝛ non recipientis. ꝓpter qḋ ꝛ patris ꝛ maſculi ſemē ponit̄ a triſmegiſto hermete. Sꝫ obſeruādū eſt quoddam calidū ſiccū eſſe cōiunctū humido frigido in eadem complexione ꝛ hec complexio eſt hermafrodita, ſicut in plantis apparet que vbiqꝫ impregnant ꝛ impregnant̄. tale autem non eſt ſulphur in ſubſtantia ſua. ꝓpter qḋ in ſubā ꝓpria non generat quēadmodū neqꝫ pater / ſed ſicut maſculus ex ſubſtantia ſua generat in alio: hoc eſt in ſanguine menſtruo. ita ꝛ ſulphur facit in argento viuo ꝛ in ſeipſo non generat omnino. Eſt autē in colorē citrinum ꝛ aliquādo albidum quaſi palearem habens albedinē: hoc eſt ſicut eſt albedo palearum tritici. cuius cauſa eſt calidū qḋ eſt decoquens humidū ꝛ cōuertens ipſum ad citrinitatem: ꝛ ꝓpter hoc videtur eſſe ſulphur id qḋ reſultat in viſceribus terre. Cum enī terreſtre cōmiſcetur cū aqueo calore coquente ſicut in corporibus aīalis cibus ꝛ chimus cibi per mixtus eſt, ꝛ ſpuma illius in ſuperficie bulliens cōuertitur ad coleram citrinam. Ita videtur ꝙ ſulphur ſit ſicut ſpuma eius qḋ commiſcet̄ in viſceribus terre. ꝛ ideo citrinū ꝛ ſiccum ꝛ calidum ꝛ ſi qḋ eſt magis decoctum ꝛ magis terreſtre videtur eſſe ſicut ſubcitrinum ad albedinem paleare declinans. Diuidit̄ autem ſulphur in viuum ſulphur ꝛ fuſum. viuū autem eſt ſicut de terra accipitur / non viuum autem fuſum poſtq̄ eſt liquefactū ꝛ non differūt niſi per accidens. Inuenitur aūt forte aliqḋ ad rubedinem ꝛ forte nigredinē declināns ꝛ hoc eſt ꝓpter calorem adurentē ꝛ vincentem in ipſo. In tantū igitur de natura ſulphuris determinatū ſit a nobis.

Cā citrinitatis ſulphuris.

Capitulum tertiū de natura argenti viui.

ARgentum autem viuū habet ſubſtantias duas principales ſcḋm om̄es phiſicos. vnā quidem aqueam alteram aūt terreā ſicut ſepius dictum eſt. terream aūt ſuā aliquid ſulphuris habet. licet dicant quidam auctores alchimie non eſſe in eo niſi ſubſtātiam aqueam. dicunt autem hanc aqueam calore ſulphuris inſpiſſari. cū tamen in ſe non ſit niſi aqua qḋ omnino impoſſibile eſt, quia nos iam determinauimꝰ in metheoris ꝙ aqua non ſpiſſatur ſola remanens niſi frigiditate ipſam ad terram cōuertente. ſed calore nullo modo eſt elicabilis. Amplius autem nos ſcimus ex principijs phiſicis ꝙ nō adherere tāgenti prouenit aquee ex ſubtili terreo qḋ eſt in ipſo. eſt aūt fortiſſime cōmixtiōis. ita ꝙ ſi ſublimet̄ ſolū in vaſe vitreo cū lōgo collo ꝑparato. ſemꝑ manet idē q̄ſi tenſe ſcꝫ ſublimet̄ ꝛ non exiccatur plus nec induratur niſi habeat reſpiraculū per qḋ fugiat. Eſt aūt argentum viuū ſicut ſubſtantia ma terialis metalloꝝ/ ſicut menſtruū eſt embrionis. ex quo virtute ſulphuris digerentis ip̄m ⁊ adurentis om̄e metallū generat̄. cum autē cōuerti incipit ad ſpeciem efficit̄ glandulosum primo ⁊ poſtea ꝯſtare incipit paulatim ⁊ cōuerti. Differentie aūt argenti viui ſunt ꝙ quoddam eſt extractū de minera ſua ⁊ inuentū viuū. ⁊ quoddā eſt abſtractum de lapide in quo generatū eſt per aduſtionē ſicut extrahitur argentū vel aurum de lapide/ ⁊ ſcd̄m hoc ꝓpter acumen dicit̄ eſſe de genere venenoꝝ. Eſt aūt frigidum ⁊ humidū in gradu ſecundo ⁊ ꝓpter hoc diſſoluens neruos ⁊ paraliticās ⁊ perimēs pediculos ⁊ lendes ⁊ huiuſmodi ex poroꝝ putredine generata. Argentū autem viuū cū ſulphure ⁊ ſale armoniaco ſublimato ꝯuertitur in puluerē rubeum ſplendentē ⁊ iterum viſum in igne redit ad ſubſtantiā humidam ⁊ fluētem/ ⁊ forte illud qd̓ p̄focatur in collo vaſis in quo fit ſublimatio qd̓ alutel vocat̄ ⁊ conuertit̄ in ſilitudine lapidis q̄ eſt in colore ſicut alabaſtrū qui dum poſtea in igne aſſat̄ redit ad argentum viuū. Sunt etiā differentie viui argenti q̄ magis in metallis q̄ in ſimplici argēto viuo inueniūtur luteum ⁊ purū ⁊ alie que ſupius enumerate ſunt. Et eſt mirabile de hac materia ꝙ quotienſcūqꝫ ſublimat̄ per ſe ſolum nunq̄ reſidet aliq̄d de puluere in fundo vaſis/ ⁊ quādo redit ad ſpeciem argenti viui q̄ſi nullus defectus inuenit̄ in pōdere. qd̓ abſqꝫ dubio ꝯtingit ꝓpter nimiā terrei ſui cum aque ſubſtantia permixtionē. ſua em̄ humiditas viſcoſa ita tenet terreū ꝙ cum vaporat totum fert ſecū in collis alutel/ ⁊ ibi p̄focatus ſpiritus eius recedit in eadem ſpecie. ad fundū vero indurat̄ vl' variatur in colore vel pōdere vel ſapore vel odore. Eſt tamē fugiens in igne ⁊ incorporans quotienſcūqꝫ metallis ꝑmiſcetur ꝓpter qd̓ ab hermete vocatur ſicut ⁊ ſulphur. Dicit aūt Auicen̄. ꝙ albedo eius eſt ab aquoſitate et terreitate ſubtili decocta cum aere q̄ ſpūaliter interceptus eſt in commixtiōe ipſius. Omnia aūt iſta dicta ſunt vt ſciat̄ argentum viuum non eſſe niſi materiale in metallis. qd̓ abſqꝫ dubio mortificatur per aquas acutas ⁊ per naturā ⁊ ꝑ artē/ ⁊ poſtq̄ mortificatū eſt cōmiſcibile eſt corꝑibus ⁊ colorat ea. vi aūt ſulphuris ⁊ vapore congelat̄ ⁊ deducitur ad duriciē ⁊ formas diuerſoꝝ metallorum. ⁊ ex hoc ꝙ vltra modū imbib̄ ſicco ⁊ terreo retinetur. ne fugiat ex corporibus q̄bus ꝑmixtū eſt in igne. Hec igit̄ de argento viuo dicta ſunt.

Cā albedinis argēti viui

Capitulum quartū de natura plumbi.

Iuxta eundē modum determinatur de plumbo ꝙ minus omnibus aliis metallis addit ſup materiā argenti viui propter qd̓ etiam dicit Ar. et Auicen̄. ꝙ cū fluit plumbum/ procul dubio videtur eſſe argentum viuū. De cōpoſitione igit̄ plumbi ꝑ ſubſtantiā pro certo creditur ꝙ ſuū argentū viuum eſt multū reſpectu ſui ſulphuris. ⁊ forte ſulphur parum intrat in cōpoſitiōes plumbi ꝑ ſubſtantiā/ ſed multū per qualitatē. ⁊ ideo decoquit ipſum calore ſuo ⁊ ꝯuertit ad plumbi ſpeciem/ ſicut coagulum paruū per ſubſtantiā coagulat multū de lacte. Argentū autē viuum plumbi in qualitate eſt nō bonū ſed aquoſum ⁊ lutulentum. ⁊ ideo ī igne de facili euaporat aquoſitas et remanet puluis terreſtris ſicut cinis qui relinquit̄ ex lutea ſubſtātia plumbi. ⁊ quia vis ſulphuris eſt in plumbo vt diximus. ideo vapor eius exſiccat argentū viuū ſicut vapor ſulphuris. non em̄ poteſt eſſe ꝙ due ſubſtantie eundem ⁊ eodē modo faciant effectum niſi per aliqd̓ vnū qd̓ eſt in eis. Diximus aūt in p̄cedentibus quare haberet colorem fuſcū. In effectu vero plumbū eſt frigidum conſtrictiuū ⁊ ſpecialem habet virtutē ꝯtra libidinem venereoꝝ ⁊ contra pollutiōes nocturnas/ ſi ex ipſo circulus factus latitudinis duorum digitoꝝ ponatur circa renes ⁊ cāphora pungatur ſed cauendū eſt ne frigiditate ſua interius nimis ſtringens materiā ſurſum compellat ad caput ⁊ maniā vel epilenſiam inducat. cauendū etiam ne paraliſim inducat inferioribus membris vel ſtuporem. Hec igit̄ eſt natura plūbi in ſua cōmixtiōe et effectu. Hermes aūt qui multū de tranſmutationibus metalloꝝ probauit in alchimicis ſuis ſicut tradidit ꝙ ſi plumbi lamine ſup vas cum multo ⁊ forti aceto ſuſpendant̄ ita ꝙ vapor aceti ꝯtinue laminas illas tāgat. vapor ille condēnabit ⁊ corrumpet plumbi ſubſtantiā ⁊ in puluerem ꝯuertet qui colorem albū habet ⁊ ceruſa vocat̄. Si autē acetum ſuper ipſam laminā fundit̄ albeſcit multū ⁊ deſtruit verſa vice virtutem aceti. Cauſa autē pro certo huius eſt/ quia acetū licet ſit hebes in ſubſtātia ꝓpter ſuā frigiditatem. tamen eſt acutū in actiōe. ꝓpter hoc ꝙ eſt reliquie cui iſdā igni a qui euolant ex ipſo ſicut cinis eſt reliquie ignis ī lignis. Illo ergo acumine penetrat in ſubſtantiā plūbi quando fuerit plumbū determinatū ⁊ lauat a ſordicie argentū viuum cōgelatum qd̓ eſt in ipſo/ ⁊ facit ipſum eleuari ſup ſuperficiē laminē/ ſicut grana milii: ⁊ tunc albeſcunt ꝓpter maiorem depurationē ipſorum. Amplius autē adhuc tradit Hermes ꝙ plumbū aduſtum cum eo qd̓ adurit ipſum ſicut p̄cipue eſt ſulphur vel arſenicum generat ſublimatū obſcurum colorem vermileū hoc eſt rubeū qui fit citrinus cum expreſſior ⁊ fortior ſit ignis. Si tamen illa ſubſtātia cū aceto calcinetur ⁊ deſiccet̄ reuertitur albus color ceruſe cuius tranſmutatiōis cauſa eſt/ quia re vera habet ſulphur ⁊ argentum viuū vt diximus in ſue ſubſtantie cōpoſitione. Cum aūt ſulphur adurit̄ ⁊ alget rubeſcit/ cuius ſignū eſt ꝙ facientes miniū faciūt ip̄m de ſublimato ex ſulphure ⁊ argento viuo. obſcurus autem eſt color ꝓpter lutulentiam plumbi quādo aūt fortior fit ignis. lutulētia prima conſumit̄

Virtute plumbi.

Ceruſa.

⁊ clareſcit color: ⁊ cum ſulphur magis exuritur q̄ argentū viuū in igne diuturniori: remittitur rubedo que eſt ex ſulphure terreſtri combuſto ⁊ temperatur albedine argenti viui manentis: ⁊ tūc reſultat color citrinus q eſt ſicut album qđ penetrat in rubeū ⁊ eſt temperans ruborē ipſius. Sicut tamē credit Hermes ſi ignis fortior his omnibus adhibeatur ⁊ aſſentur iſta in igne fortiter tota ſubſtantia ſulphuris abſumitur ⁊ vis aceti deſtruitur per euaporationē/ ⁊ tunc ex puluerib9 dictis ſui a plūb: ſicut pri9 reuertetur. nō tamen eiuſdē ponderis/ nec eiuſdem puritatis: nec eiuſdem quātitatis cuius prius fuit. Non eſt aūt pretereundū ꝙ ſicut diximus plumbuz habet multam aquoſitatem ⁊ paruā mixturam. ⁊ ideo depurando metalla alia ꝓtegit ea ab igne ſicut argentū ⁊ aurum proteguntur plumbo quādo parantur. ⁊ ideo dixerunt quidā imperiti de plumbo ꝙ habet cōgregare homogenea ⁊ ſeparare etherogenea. Et erroris eoꝝ cauſa eſt quia coliquatum plumbū cum argento vel auro recurrit argentū ſimul ad vnū locum ⁊ lapilli ſimul ad alium ſi qui inſunt/ ⁊ plumbum ſimul ad vnū. Errant aūt hi: iſta enim cōgregatio ⁊ ſegregatio nō ſunt ex plumbo: ſed calore ignis ſicut oſtendimus in quarto metheororum. Nec plumbū purificat argentū per ſe/ ſed p accidēs. calor enī ignis purificat per ſe cōgregando purum cū puro ⁊ ſegregādo impurum ſicut dictum eſt. Sed cum argentū ſit humidū ⁊ ignis ſiccus refrigeret calor ignis ab argento niſi per aliqđ vniretur eidem ⁊ hoc eſt plūbum qđ calefacto in ſuo humido quaſi elixando digerit ⁊ depurat argentū. multum aūt pondus plumbi eſt ex lutea ſubſtātia ipſius et humida cuius partes ſunt multum ꝓpinque licet ſint molles. eo ꝙ indigeſtionē paſſe ſunt ex molenſi ſicut ſupius determinatū eſt.

Cā grauitatis plumbi.

Capitulum quartum de natura ⁊ ꝓprietate ſtagni.

Cur ſtagnū plūbo albi9

De ſtagno aūt fere ſicut de plumbo determinandū eſt. hoc enim valde vicinas habet ſpecies metalloꝝ et parum ad ſeinuicē differentes/ niſi ꝙ ſtagnum albius eſt ⁊ purius. huius aūt cauſa nulla poteſt eſſe niſi quā ante nos aſſignauerunt philoſophi ꝙ ſuū argentum mūdius eſt q̄ plumbi ⁊ forte de ſulphure habet parum potius virtute ſulphuris ⁊ vapore excoctum in metalli ſpeciemq̄ꝫ multe ſubſtātie ſulphuris admixtionem. Balbutientē habet valde cōpoſitionē: ⁊ hui9 cauſa poteſt eſſe mortificatio argenti viui ex aliquo vapore diſſolutio vel alia lotura aque acute que diſiungit partē eius. Dico aūt vapores aut aquam nō per quam tranſierit argentum viuū poſtq̄ argenti viui acceperit ſpeciē/ ſed potius que intrauerit ipſam ſubſtantiā argenti viui. tale enim aqueum iam in ſe fractū eſt ⁊ parum viſcoſum ⁊ facit rigeſcere partes terreas ſibi admixtas ⁊ nō bene miſceri ⁊ continuari. rigidū enī ⁊ induratum in ſupficie non bene miſcetur alijs ⁊ non bene cōtinuabile ꝓpinquo ſibi ꝯiuncto. Hec igitur cauſa extimanda eſt eſſe ſue balbutientis mixtiōis. Cum aūt in ſe balbutiat omīa metalla qbus admiſcetur balbutire facit ⁊ aufert ab eis ductibilitatē: vt dicit hermes. ⁊ cum in ſeipſo ꝓducatur cito funditur ⁊ de facili. Cōuenit autem hoc metallum cū plumbo in hoc ꝙ neutrū contrahit rubiginē: ſed potius ex corrūpentibus ⁊ ex ſeipſis cōtrahunt ſqualorem ⁊ ſordiciem quandā ſed plumbum plus q̄ ſtagnum. Cōueniunt etiaz in hoc ꝙ neutrum eſt ſonoꝝ multum per ſeipm. Et cauſa primi quidē quia non ſunt habentia aliquem humorē calidum aqueū/ vel valde paucū acutū qui corrumpat terreum q eſt in ipſis ⁊ cōuertat in rubiginem. Cauſa aūt rubiginis nō eſt niſi terreſtre aduſtum. Cauſa autem ſecundi eſt mollicies ⁊ humor quia percutitur molle ⁊ humidum cedit in ſui empipedū. ⁊ ideo nō a tota ſupficie expellit aerem qui eſt cauſa ſonoritatis ſicut in ſcientia de anima oſtenditur. Magis tamen ſtagnum q̄ plumbū habet ſonoritatis: ⁊ quia hebetē habet ſonum. ideo ea que acute ſonant ſicut es argentū ⁊ aurum. ſtagnū temperat ⁊ grauat ſonos eoꝝ. et ideo admiſcentur eri i infuſiōe campanarū. Qđ autem dicit Hermes in alchimicis ꝙ ſtagnum ꝓpter ſuam nimiaz ſiccitatem corpa quibus admiſcetur frangit ⁊ ductilem materiā in eis deſtruit. Intelligitur eo modo quo dictū eſt ex acuto vapore vel lotura videlicet ipm excecatas habere terreſtres partes que ſunt in ipſo/ quia aliter falſum eſſet cū videmus ipſum eſſe mollius multis alijs metallis. Dicunt aūt ſtagnum fuſum cito putreſcere ⁊ plumbū manere ⁊ creſcere ſub diuo ⁊ in terra creſcere. ⁊ probabile ego iudico qa cum experimentis ꝯuenire videtur. Huius igitur cauſa eſt que in celo ⁊ mūdo aſſignata eſt. cauſa enī corruptionis elementoꝝ eſt ꝙ elemēta mouentur ad ſeinuicem. ⁊ cum nō fortis eſt ligatura mixtiōis. tunc vnumquodqꝫ elementoꝝ euadit ab altero. Iam aūt dictum eſt male eſſe mixtum ſtagnū. ⁊ ideo cum igne debilitatur et a loco ſue generationis remouetur citius alijs metallis corrumpitur. Plumbū autem groſſum eſt valde in ſubſtantia ſua ⁊ de roribus ⁊ pluuijs imbibitis humorem paulatim mineralē facit ⁊ ad ſe conuertit. ⁊ ideo per diuturnitatem temporis incrementū capit aliquādo. Inuenitur autē ſtagnū duplex. ſcilicet durius ⁊ ſiccius qđ venit de anglia ſiue britānia ⁊ mollius aliqūantulū qđ in germanie partibus abūdantius inuenitur. Hec igitur de natura ſtagni a nobis dicta ſufficiant.

Hermes

Capitulum ſextū de natura ⁊ complexione argenti.

De argento aũt poſt hoc dicemus eo ꝙ in colore ſcḋm aliquid videt̃ cõuenire dictis metallis. cũ autẽ nos nõ ſciamus cõpoſiti naturam: niſi ſciamus ex q̃bus quot ⁊ q̃liter componit̃. oportet nos de argenti natura inueſtigare. Nos aũt per antedicta iam certi ſumus ꝙ argentum viuũ in compoſitionẽ argenti venit / quia ſcḋm colorem eius coloratur. ⁊ habet etiã illius q̃ñ liqueſcit. tunc eñ non adheret tangenti nec quieſcit in ſuperficie vna nec omnino diffunditur vt aqua vel oleum vel vinũ vel alius liquor. Hec aũt tria primũ argento viuo videmus ineſſe. Si igitur argento liqueſacto iſta conueniunt: oportet ꝙ hoc ſit gratia argenti viui qḋ venit in cõpoſitionem ſubſtãtie ipſius. Cum autem ſplendidiſſimũ ſit argentũ fulgẽs in albedine ⁊ bene polibile. oportet ꝙ habeat rationẽ argenti viui multũ digeſti ⁊ depurati ⁊ ꝑ ſubtiliſſima cõmixti. ⁊ hoc eñ etiã habet ꝙ fetidum ſit nõ eſt tamẽ fetidũ ſicut alia metalla de q̃bus iam habitum eſt. Scimus aũt ꝑ ea que ante dicta ſunt: ꝙ tam ſulphur q̃ argentũ viuũ ⁊ qḋlibet qḋ ex ſua cõplexione eſt humidũ ⁊ per ignem liq̃bile habet tres humores: ſicut ⁊ viuentia plante ⁊ aĩalia. quorũ quidem vnus craſſus ⁊ indigeſtus eſt ⁊ enatans ſicut pinguis ſicut adeps vel oleum. ⁊ hic facit res inflãmabiles. Alius aũt eſt ſicut flegmaticus hĩs mediãs partes rerum ⁊ nõ generãs vel augens. Tertius eſt radicalis eſſentialibꝰ ꝑtibus rei imbibitus q̃ ex ipſo ꝑtes eſſentiales rerum conſtant ⁊ per ipm̃ augentur ⁊ nutriunt̃. Argentum aũt inuenimus durũ ⁊ ſiccum. Oportet igitur ꝙ ab humoribꝰ duobus ſupfluis ſit multum emendatũ et ſubtilitas tertij facit optimã ipſius cõmixtionem. Cum aũt ꝯflatur argentũ odor ſentit̃ ſulphuratus. oportet igit̃ de ſubſtantia ⁊ q̃litate habere ſulphuris. habet eñ ex colore ſulphuris fermẽtationem ⁊ digeſtionẽ ad ſpeciem metalli ⁊ de ſubſtãtia quidẽ habet parum. ꝓpter qḋ etiam non colorat ipſum ſulphur / ſed de virtute ⁊ qualitate multũ accipit a ſulphure: quia calore eius conſumptũ eſt in eo humidum dupliciter de quo diximus. ⁊ tertiũ cum terreo ſubtili optime eſt cõmixtum. Calor eñ ſulphuris ⁊ vapor ⁊ maxime ſulphuris bene mundati ⁊ ſublimati dealbat optime ⁊ digerendo ſubtiliat ⁊ optime ⁊ fortiſſime cõmiſcet. quando etiã a ſulphuris ſubſtantia duo extranei humores artificio ⁊ ingenio nature purgati ſunt. hoc eñ artificium omni arte certius ⁊ ſubtilius eſt. ⁊ ideo certiſſimũ tunc habet effectũ. Tunc igit̃ habens naturã argenti viui quoniã eſt metallũ ex purgatiſſimo argẽto viuo colore depurati ſulphuris ad ſpeciẽ ſplendidam deductũ. ⁊ ideo neceſſario albũ ⁊ fulgens: ꝙ aũt ſicut dictum eſt exiccatũ ſit oſtendit hoc ꝙ tinnulum eſt ſonore valde qḋ nõ eſſet ſi eſſet ſupflua infectũ humiditate. Hec aũt digeſtio dat ei potẽtiam ad actũ quam agit. inuenit̃ enim in effectu frigidum ꝓpter argenti viui abundantiã que eſt in ipſo. ſed ꝓpter ſui humidi optimã digeſtionem ⁊ ſubtiliationẽ eſt ꝙ contritũ ſpeciebus aliq̃bus vel etiã cõmixtũ valet ſpũalibus ⁊ precipue cõtra tremorem cordium. Sed admirabile eſt ꝙ ſupra diximus ꝙ melius in hac ſpecie metalli inuenit̃ molle ſub terra ſicut ſpiſſe pultes. cuius ꝓ certo cauſa eſt abundãtia argenti viui qḋ fuit in locis illis. ⁊ cum ex humoribus tertius ſegatus eſt in cõpoſitionem argenti. tunc alij duo circa ipſum in ſordicie materie remanent. ⁊ hec albedo mollis glandulosa ſignificat nihil de ſupfluo indigeſto in naturã argenti eſſe aſſumptum. ꝓpter ꝙ in igne poſitũ ſtatim euaporat innaturale humidum duz mollificat ⁊ conſtare incipit humidũ qḋ eſt de ſubſtantia argenti poſitũ ad aerẽ infrigidatũ coagulatur ⁊ eſt argentũ. ⁊ litargirum illius argenti humidi pre oĩbus valet litargiris ad elixir albũ in alchimicis q̃a litargirũ hoc ẽ de humore q̃ diſpoſitionẽ habet ad argentũ et eſt aliquid ad argentũ in potentia ſicut adeps aliquid eſt alis. Purificatur aũt argentũ in igne cum plumbo ⁊ tunc ꝑ vſtionem exalat plumbũ ⁊ ſeparatur ſordes ab argento ſicut diximus ſupius. Qḋ autem incorporatũ lapidi inuenit̃ tunc oportet in molẽdino farinari ⁊ cõminuit̃ vtrunq;. lapidũ videlicet ſubſtantiã ⁊ argenti. cõminutis eñ partibus ⁊ diuiſis facilius vnũ ſeparatur ab altero ⁊ ſubſtantia lapidis tunc nõ exurit argentũ. Sed ⁊ hoc non eſt ſilendum ꝙ aliquãdo in theutonia inuentũ eſt multũ tenax ⁊ ſiccũ fere depuratũ. ⁊ hoc duobus modis his temporibus noſtris accidit. vno quidem modo inuentũ fuit vt colũna ſtãs ſub terra ⁊ exiccatũ ⁊ tenax valde ⁊ flexibile. alio modo inuentũ eſt extenſum ꝑ terram ſicut corde ⁊ fuit eiuſdẽ quãtitatis: ſicut illud qḋ inuentũ fuit per modũ columne. Cauſa autem figure nõ fuit niſi diuerſitas loci q̃ erat vt vas in quo ꝓfectus vapor in argenti materiã cõuertebatur. Cauſa aũt viſcoſitatis et extenſibilitatis ipſius erat. ꝙ licet ſupfluũ humidũ in magna parte euaporaſſet. tamen adhuc aliq̃d adherebat extrinſecus ſubſtãtie argenti ſicut humidũ flegmaticũ extrinſecus adheret membris ⁊ mollificando ſoluit ea. qḋ cum purgat̃ per ignem. redit ſubſtantia argenti puriſſima. Sulphur aũt exurit argentũ quãdo ſpargit̃ ſuper argentum liqueſactũ. ⁊ denigratio argenti oſtendit ꝙ hauriet̃ per ſulphur ſicut diximus ſuperius. ſulphur eñ propter affinitatem nature metalla adurit ⁊ non magnã aduſtionem infert rebꝰ alijs ſicut lignis ⁊ lapidibus. etiam ſi ſpargat̃ inflãmatum ſuper ea. Hec igit̃ dicta ſunt a nobis de natura argenti.

Cur argẽtũ tinnulum.

Virtutes argenti.

Purificatio argẽti.

Capitulum ſeptimũ de natura ⁊ commixtione eris.

Rubea aũt metalla in colore ⁊ admixtione diuerſa ſunt a dictis: ſicut ſatis oſtendimus cũ de coloribus metallorũ ageremus. Habet aũt terram ſecũ in ſe ſpecialem determinationem extra alia elementa. Dicamus igitur eris cõpoſitionem ſupponẽtes que iam dudum ꝓbata ſunt ōme metallum ex ſulphure componi ⁊ argento viuo. Ponamus igiĩ argentum viuũ eſſe bonum non feculentũ ſiue lutulentũ. nõ tamen ab humore extraneo omnino purgatũ ⁊ ſubſtantiã ſulphuris eſſe feculentã ⁊ adurentem ⁊ in parte accenſam: ⁊ ſic argento viuo per ſubſtantiã ⁊ qualitates cõmiſceri. nunc enĩ abſq; dubio cõuertet ipſum in ruborem ⁊ nõ poterit eidem ꝓpter vtriuſq; non plenam ſubtiliationẽ bene miſceri ⁊ tũc efficiet es qḋ nõ eſt oĩno bone mixtionis ꝓpter qḋ multa terra inde reſoluitur ⁊ multũ euaporat in igne quia cũ ſulphur in parte incenſum eſt. ideo quedã partes argenti viui amplius ꝙ̃ alie purificãtur ⁊ conſumit in eis ſuperfluũ humidum ⁊ in illis partibus videbitur habere venas auri. In aliis autẽ vbi minus digeſtum eſt erit caloſum ⁊ ignobile ⁊ terreſtre ꝓpter aduſtionem ⁊ hanc diuerſitatẽ in cupro qḋ inuenitur in theutonie partibus in loco qui goſlaria vocatur expreſſe inuenimus. ⁊ ideo etiam hoc cuprũ melius oĩbus aliis eſtimatur tanꝙ̃ venas auri habens immixtas ⁊ nõ eſt improbabile quin ſulphur illius eris ſit mixtũ cũ arſenico rubeo in aliqua quãtitate. ⁊ ideo ſit magis adurens ſulphur illius metalli ꝙ̃ alterius. Nũc igit ſcimus materiam eris quoniã eſt metallum ex argẽto viuo pluſꝙ̃ oportet aliquantulũ habens per cõmixtionem adurentis ſulphuris ad formã ruboris deductũ. Ex qua autem natura ſulphur ſit adurens in p̄cedentibus ſatis determinatũ eſt. Arſenicum autem calcinatum fit quidẽ nigrum ex rubeo ſed poſtea ⁊ ſublimatũ in aludel qḋ eſt vas opertũ cum collo alto vt ſepius diximus reuertitur album ad inſtar niuis ⁊ ſi ſepius iterentur talis calcinatio ⁊ ſublimatio tunc efficitur multũ album ⁊ acutiſſimũ ⁊ ex acumine eri coniunctum liquido penetrat in ipſum ⁊ cõuertit in candorẽ. ſi tamen diu ſtet in igne es expirabit arſenicũ ⁊ tunc redit priſtinus color cupri ſicut de facili ꝓbatur in alchimicis. Hi aũt qui in cupro multum operant in noſtris partibus pariſius videlicet ⁊ colonie ⁊ in aliis locis in quib9 fui ⁊ vidi experiri cõuertunt cuprum in auricalcum per puluerem lapidis qui calamina vocat. ⁊ cum euaporat lapis adhuc remanet ſplendor obſcurus declinans aliquantulũ ad auri ſpeciem. Ut aũt albius efficiatur ⁊ ſic citrinitati auri magis ſit ſimile immiſcent aliquantulũ de ſtagno ꝓpter qḋ etiam auricalcũ multum de ductibilitate cupri amittit. Et illi qui decipere volũt ⁊ ſplendorẽ ſimilem auro inducere ligant lapidem: ita ꝙ diutius remaneat in ere in igne nõ euaporans cito ab ere. Ligatur aũt per oleum vitri tollũtur enĩ fragmenta vitri ⁊ cõuertuntur in puluerẽ ⁊ ſpargitur in teſtam ſuper es poſtꝙ̃ immiſſa eſt calamina: ⁊ tunc vitrũ liquefactũ enatat ſuper es ⁊ nõ ſinit euaporare lapidẽ ⁊ lapidis virtutem: ſed reflectit vaporem lapidis in es. ⁊ ſic diu ⁊ fortiter purgat es ⁊ adurunt in eo materie feculente. Tandẽ tamen euaporat etiam oleũ vitri. ⁊ tunc euaporat virtus lapidis ſed auricalcũ efficitur multo ſplendidius ꝙ̃ eſſet ſine illo. Qui aũt adhuc amplius aſſimilare auro intẽdit. has purgatiões per opꝰ ignis ⁊ vitri oleum ſepius iterat ⁊ loco ſtagni ponit argentũ ⁊ immiſcet auricalco. Et hoc efficit ita rutilãs ⁊ citrinum ꝙ multi credunt ipſum eſſe aurũ cum in veritate adhuc ſit in ſpecie eris. Hermes aũt dicit ꝙ ſi eri liquefacto tuchia puluerizata ſiue ſit tuchia alba ſiue rubea ꝙ ipſũ in colorem auri cõuertit. Quid aũt ſit tuchia in ſequenti libro vbi de mediis agetur dicetur. ſed ꝙ hic ſufficiat eſt ꝙ tuchie aduſtione eliminatur terreſtreitas ⁊ purgat abere ſuperfluũ humidum ipſius. ⁊ ideo tunc erit pulchrius. tamen ⁊ virtus tuchie euaporat per ignem ſi diu ſteterit in igne. ⁊ ideo niſi aliud medicamen fuerit euaporabit tuchia. ⁊ tunc erit priſtinus color cupri. Dicit etiã Hermes cum quo ↄcordant experta. ꝙ ſi es ſale aſperſum ſup acetum vel vrinã pueri maſculi virginis locet penetrabit virtus vrine ſiue aceti ſubſtantiã eris ⁊ cõuertet ipſum in virorem. Si aũt iterum per ſe ſolũ es locetur ſup racemos expreſſos ſolo vapore vini ↄuertetur in optimũ colorem viridem placentem. Si autem huic colori auripigmentũ ſiue arſenicum approximat ⁊ precipue aduſtum cõburendo deſtruit virorem ⁊ inducit colorẽ fuſcũ terreſtrem ad opacitatẽ declinantem. Huius cauſa aũt ex dictis faci le in [illegible] eſt enim ſal acutum ⁊ ideo aperit cupri ſubſtantiam p̄cipue ſi in tenues laminas deductum ſit ⁊ tunc vapor acutus aceti vel vrine incendit ipſum: ꝙ tamen eſt a ſulphure humido [illegible] propter qḋ humidũ terreſtre aduſtũ leue qḋ eſt ignitũ in ipſo viroꝛẽ ac [illegible] ſicut fiunt colere [illegible] ⁊ peſſima que eſt ſicut erugo eris vt dicunt medici. Quoniã aũt p̄mo vapor non eſt adeo acutus ſicut vapor vini [illegible] tunc nõ ita intenſam inducit [illegible]. ⁊ ideo manet viri color placidus. Auripigmentũ autẽ eſt excellenter adurens ⁊ ideo cum hoc approximat ſubſtãtie ſic colorate comburet mediũ humidũ qḋ eſt in ipſo. ⁊ tunc manet qḋ eſt terre ſiccũ opacũ. per oĩm eundem modũ quo etiã colera aduſta relinquit cinerem melãcolicũ accidentalem calidiſſime melãcolie ſcḋm experta medicine. Tanta igitur de eris natura ⁊ effectibus dicta ſunt.

Goſla-ria.

Cuprũ ĩ auricalcũ vertit

Auricalcũ colore auri.

Hermes

Capitulum octauũ de natura ⁊ admixtione auri.

Subiciendū aūt eſt his de natura auri ꝙ ſolū ſcđm Hermetē eſt in quo nulla apparet egritudo. neutra eñi pars materie ipſius eſt impfecta ⁊ intemperata. Cū eñi ſicut ⁊ cetera componat᷑ ex ſulphure ⁊ argento viuo eſt ſuū ſulphur lucidiſſimū ⁊ mundiſſimū ⁊ per loturas fortiſſimas deductū ad puritatem ꝙ nullā omnino habet vnctuoſitatē cremabilem. nec aqueā humiditatem flegmaticā euaporabilem: ⁊ forte in locis concauis quoꝝ ſolida ſupficies eſt ſepius ſublimatū ⁊ digeſtum temperato calore digerente digeſtiōe que pepanſis vocat᷑. ⁊ terrea ſubſtantia que eſt incorporata ſulphuri mūda ⁊ ſubtiliſſima vaporabiliter ſuſpenſa ꝑ totam ſubſtantiā humidi radicalis ipſius ſulphuris. Propter qđ relinquit᷑ ꝙ calor illius ſulphuris ſit cōplexionalis a tēperamento in nullo recedēs ⁊ hoc eſt ſicut virtus maſculina in cōpoſitione auri. Siłr aūt ſuū argentum viuū habet duas ſubſtātias ad extrema mūdificata. Tertiū eñi qđ eſt in ipſo calore eſt ſubtiliatū nō modo materialiter diuiſum / ſed vaporaliter eſt ſubtiliſſimū terre forte ſepius ſublimatū in terre ↄcauitatibus ꝑ viuificū caloris ſolis ⁊ ſtellarum. Siłr autē ⁊ aqueū ſubtiliatū per eundē modum iterate ſepius ſubtiliatiōis / ⁊ cum vitrū ſic inſit ſubtiliat᷑ ſubtiliter. Cōſtat ꝙ ſimul mixta ꝑ calorem ⁊ diſpoſitionē loci ꝓuocantis ⁊ reflectētis vaporem in ſeipm fortiſſimo nexu mixtiōis colligata ſunt. Sulphur aūt in cōpoſitionem auri nō venit tantū per qualitatem ſed ꝑ ſubſtantiā ⁊ cum ſit ſubtilis ſubſtantie penetrabit vbiqꝫ ꝑ argentū viuum ⁊ coagulādo colorat ipm. ⁊ cū ſit vtrunqꝫ ſublimatiōe ad formam ſuperioꝝ elementoꝝ deductū que in natura diafanitatis cū ꝑpetuo ↄueniūt corpore habebit vtrūqꝫ pſm ꝑuietatis. ⁊ cum ſpiſſentur plurime partes materie ſimul cōſtabunt. hoc eñi eſt de ꝓprietate ſubtilis ſubſtātie ꝙ conſtans ꝑ coagulationē plurimas partes habebit in paruiſſimo loco. Diafanitas igit᷑ contracta facit colorem citrinū. ⁊ ſubtilitas facit ↄſolidationem maximā. ⁊ cōſtantia multarum partiū ſimul in paruo loco ⁊ ſitu facit pondus / ſicut ꝓbatur ex his que in ce. ⁊ mundo rōnabiliter demonſtrata ſunt. Relinquit᷑ autem ex ↄſolidatione ⁊ temperamēto ſimul ꝙ aurū ſit parum vaporatiuū vel nihil ⁊ ideo quaſi nō eſt odoriferum. Odor aūt licet nō ſit eſſentialiter fumalis euaporatio tamen frequēter fortis odor eſt cū fumali euaporatiōe / ꝓpter qđ etiam relinquit᷑ vlterius ꝙ aurum ſit incorruptibilius oīm metallo ⁊ magis ſuſtinēs ignem ꝓpter fortiſſimā ſui cōmixtionem in mixtura. Fumalis enim euaporatio quandam indicat corpoꝝ corruptionem que eſt minus in argento ⁊ magis in ere. Ex his habet᷑ cauſa quare adurūt argentum que non adurant aurū ſicut ſulphur ⁊ arſenicū ⁊ quedam alia. Cauſa eñi huiuſmodi eſt mixtura / eo ꝙ oīe terreſtre ipſius eſt in humido ſe defendente ab vſtione / ⁊ oīe humidū ipſius eſt in terreſtri ſe retinente ne euolet per euaporationē q̄ cōnexionem ꝓlo fedus vocat. ⁊ Empe. collam germanoꝝ. Ex tēperantia aūt auri habet᷑ quare eſt calidū et humidū conferens tremori cordis ⁊ melancolie q̄ facit triſtem. ⁊ ꝓcipue illi que facit hominē ſolum apud ſe loqui. confert aūt contra has paſſiōes ſiue ſpeciebus eiuſdem virtutis confricatū ſiue etiam ſumptū ↄtritum. Ex ſoliditate aūt eſt ꝙ non cōtingit corpora q̄ tangit niſi difficiliter. ⁊ ideo fertur in annulis ⁊ ceteris ornamētis. Argentū autem tingit parū / ⁊ cetera metalla tingunt multū qđ contingit: ideo quia humor vnctuoſus in toto eſt ab eis ſeparatus cui commixtū eſt terreſtre aduſtū in eis / ⁊ hoc ↄtingit ſicut fuligo corpis vnctuoſi. Multa aūt puritas materie facit ꝙ rariſſime inuenit᷑ alij corpori immixtū / ſed ſemp q̄ſi purū qđ cū alijs ꝑmiſcet᷑ non poteſt retinere tantā puritatem. ⁊ ideo degenerat in eis. econtra rariſſime inuenit᷑ niſi lapidibus incorporatū. Ex hoc iterū eſt ꝙ inuenit᷑ vt grana arenularum frequenter / quia tantā puritatem oportet eſſe paucā ⁊ ab illa materia eleuatā ⁊ quaſi expulſam ⁊ ideo diuerſam / tamen iā inuentū eſt granum c. marcharū ſimul. Ex his iterum conſtat q̄re hec duo metalla ſcilicet aurū ⁊ argentū aſſūpta ſunt in materiā nūmiſmatū a ſapientibus antiquis. habent eñi hoc ſpeciale iuuamentum ad hominis cōplexionē iuuandā ⁊ conſolandā ⁊ ſunt durabiliora ⁊ nobiliora ceteris. Purificantia autem aurū ſunt acuta ⁊ valde ſicca ſicut ſale ꝫ ⁊ precipue ſales marini ⁊ fuligo corpoꝝ vnctuoſoꝝ ſed ſiccoꝝ et later tritus. Cum aūt purificari debet aurū fit teſteum vas ad modū cucurbite vel ſcutelle factum. ⁊ ſup illud vas fit ſimile illi ⁊ conglutinat᷑ in loco contactuū ⁊ tenaci luto qđ ſapiētie lutū vocāt alchimici. In ſupiori aūt ſunt foramina multa ꝑ que exeat vapor et fumus ⁊ poſtea attenuat᷑ aurum in laminas breues ⁊ tenues ⁊ ordinantur in vaſe. ita ꝙ q̄libet ordo laminaꝝ ſubtus ⁊ ſupra habet puluerem fuliginis ⁊ ſalis ⁊ lateris farinati cōmixtorum ⁊ decoquit᷑ in igne forti donec puriſſimū eſt. ⁊ conſumunt᷑ in eo ſubſtantie ignobiles. lutum aūt ſapientie de quo fiunt teſte fit ex teſta cōtrita ⁊ iterum cōmixta ⁊ decocta. hoc eñi vas in igne poſitū nō cōminuit᷑ igne ſenſibili cōſumptione. Tamē alio modo in alchimicis ꝓparatur lutū ſapientie / ſed illud hic ſufficiat quo aurifices vtūtur. Sic igit᷑ purificatur aurū ⁊ non exuritur in eo niſi ſubſtātia ignobilis / ꝓpter qđ eleganter dicit hermes in alchimicis ſuis. Sulphur ipſum quadā ſubtili affinitate ſulphuris ad quā vicinant᷑ oīa metalla. oīa eorum perurit corpa ⁊ incinerat / aurū vero non. pori nanqꝫ eius arcti ſunt ⁊ indiſſolubiles. Aurū tamen qđ tēporibus noſtris abundantius

Cur aurū graue.

Cur aurū non aduritur.

Virtutes auri.

Cur aurū nō tāgit

Granū auri.

Purificatio auri.

Inueniť venit de boemie regno ⁊ nup̄ in weſtwale in theutonie partibus in loco qui vocať aurbeth inueniť in monte quoddā aurum de quo minus cū purificatur ꝯſumitur q̃ de aliquo alio. ⁊ tamē minoris precij q̄ȝ aliud eſtimať: cuius ꝓfecto cauſa nulla eſt niſi quia nouum eſt ⁊ valoꝛ eius ab emptoribus adhuc nō ꝓbatur. Non aūt ignorandū eſt ꝙ aurū quaſi citrinū ⁊ croceum inueniť. qḋ tamen per decoctionē rubeſcit ꝓpter materialis ꝑncipij qḋ albuȝ magis q̃ formalis qḋ eſt rubeum ꝯſumptionem/ ꝓpter qḋ alchimici volētes aurum facere ſtudent ad elixir rubeū ꝙ medicinā vocant/ ⁊ ſtudiū eoꝝ eſt ꝙ quattuoꝛ in ſe habeat coloratiōes videlicet ⁊ penetrationē ⁊ inmortalitatem in igne ⁊ ꝯſolidationem ⁊ hoc vocant rubeum ſolis. Elixir aūt ad argentū ſtudent habere colorationem albedinis ⁊ ꝙ ſit penetratiuū ⁊ non euaporet ab igne ⁊ habeat ſubtilitatem ⁊ hoc vocant albū lune: ꝓpter qḋ dicit hermes qui eſt radix ſup q̃ omnes philoſophi ſui ſubſtentati ſunt ꝙ rubeum ſolis medicina eſt: album vero lune. Candoꝛ vero ruboꝛ croceū aperiunt aurū: genus aūt decoctionis ꝙ ruborē modicum ꝑ coctionem aſſumat neceſſe eſt. Ex p̄dictis om̄ibus eluceſcit aliqualiter ſcḋm quā rationem plurimi alchimiſtarū aſſerant de om̄i corpore elemētato poſſe extrahi tria coꝛpoꝛa. oleum videlicet vitrum ⁊ aurum. Patet ex ſepius habitis pingue quoddā eſſe in omni elemēto qḋ circūfunditur ptibus. qḋ quia viſcoſum eſt euaneſcente humido aque diſtillat ab incenſo coꝛpe ⁊ aſſato/ eo ꝙ per oppoſitum pelliť ad interioꝛa vbi diutius deſendiť ab igne. In om̄i em̄ corpore eſt humidū radicale permixtū terreo ſubtiliata ꝙ vtrunq; tenet alterum ⁊ hoc fortiſſime allatum ſublimādo ſe in poris coꝛporis interioꝛibus quoꝛum oſtiola exterioꝛa clauſa ſunt per combuſtionē quaſi per duo ſe diuidit. magis enim groſſuȝ ⁊ aqueum natat in coꝛporis partibus ⁊ per fortiſſimū ignem effunditur vitri effuſione ⁊ congelať frigido in vitrum. magis aūt purū ſublimatum ꝓpter caliditatem fit croceum ⁊ effunditur effuſione auri qḋ congelať frigido. hoc tamen ꝑcipue eſt in capillis humanis rerum quia in illis eſt magna virtus mine; alio ꝑcipue illis qui de capite abſcanduntur. q̃re aūt hoc fit non eſt p̄ſentis intentiōis ſed in ſcientia de a'ibus eſt declarandū. Signū autem huius eſt, quoniā tempoꝛe meo inuentū eſt ⁊ viſum caput hominis qḋ inter dentes ſuture ſuperioris cranei partes multas auri pulueris habuit immixtas. fere em̄ vbicunq; aurum inueniť vt diximus quaſi puluis ⁊ quaſi grana inueniť cuius cauſa eſt ſubtilitas ⁊ expulſio materie ⁊ ſublimatio ⁊ huius indiciū eſt ꝙ inueniūtur quaſi quedā guttule cōgelate. In poris em̄ vaſoꝛ naturalium ꝑ̄ſoꝛatus vapoꝛ cū in ſe reduplicať ſepius ad humorē cōuertitur qui iocunditatē guttarum aſſumūt: ⁊

Elixir.

Caput hominis

ſi aliquando ſunt cōcaua oblonga ⁊ quaſi ex paruis compoſita hoc fit ideo ꝙ in collo vaſis naturalis vapoꝛ nec ſimul cōuerſus eſt nec ſimul congelatus, ſed pars poſt partem. ⁊ ideo ſecūda addita eſt prime ⁊ aliquādo illis duabus tertia. ſicut etiā fit in generatiōe grandinis. Hec vniuerſaliter a nobis de auri natura phiſice dicta ſunt.

Capitulum nonum de commixtione ferri.

TAndem aūt de ferro ſermo habendus eſt. hoc em̄ ignobilius eſt ceteris liq̄bilibus metallis. neq; eſt liquabile ſicut cera/ ſed potius liquabile mollificabile. Eſt aūt compoſitio eius ex argento viuo terreſtri pōderoſo ⁊ lutulento ⁊ immūdo valde. ⁊ ex ſulphure immundo terreſtri/ cuius virtus cōuertit ipm̄ argentū viuū in ferri ſpeciem. ⁊ ideo eſt ſcabroſum valde ⁊ rubiginē de facili contrahit ꝓpter ſulphuris aduſtionem. ⁊ fuliginat ea q̄ tangit ⁊ forte terreſtris ſubſtantia eius ſulphuris eſt atramentoſa ⁊ ꝓpter hoc limatura eius confert nigredinē incauſto. ⁊ etiam nō purgatur ab humore vnctuoſo ⁊ ideo facilis eſt aduſtionis. Maius aūt ſignū eſt ꝙ cum pinguedo aliq̄ ſupponiť ei ſicut ſepum ⁊ pix aperit ipm̄. ita ꝙ ſtagnū ſuperinfuſum eidē ſubſtantiā eius ingreditur poſt cuius ingreſſum ita frangibile efficiť qḋ poſtea fabricari nō poteſt. Aduſtio aūt terreſtris ſubſtantie ipſius ꝓbatur per multā ſcoꝛiam que ab ipſo ſeparať. ⁊ maxime per hoc qḋ frequēter vt grana quedā nigra in terra inueniūtur. Secundū hoc igitur patet quare nō liquatur vt alia ſed mollificať tantū. huius enim cauſa eſt terreſtritas ipſius ⁊ ideo elegāter dicit Hermes tarde liquefactiōis cauſam in ferro efficit nimia terreſtritas partiū eius ꝓhibens fluxū eius/ ſed tamen in magno igne precipue ſabulo ⁊ ſulphure aſperſum diſtillať ⁊ depurať. Propter duritiā etiam eius fit q̄ ex ipſo fiunt inſtrumenta ſicut mallei ⁊ incudes vnde cetera producūtur metalla. Siccitas aūt eius facit ad fortitudinē acutoꝛum anguloꝝ in ipſo ꝓpter qḋ fit inciſiuū ⁊ perfoꝛatiuū coꝝ que incidi debent ⁊ ꝑfoꝛari. Dicit etiā hermes de ipſo q̄ argentū viuū multum dealbans ipſum fere ad ſimilitudinē argēti ingrediť in ſubſtantiā ipſius cū ſulphuris ⁊ tartari hoc eſt lapide vini decoctione. Sulphur em̄ ꝓpter vim adurentē que eſt in eo ⁊ immaturitatē argentum viuum vocatur ab Hermete pugil ⁊ inſidiatoꝛ omniū metalloꝝ. Argentum tamen viuum non permanet in ipſo diu in igne ſed fugit ab ipſo ſicut ex ceteris metallis q̄bus de facili cōmiſcetur ꝓpter naturalem quā cū eis habet conformitatem. niſi per ingeniū magnum figatur ⁊ retineať. ⁊ propter huiuſmodi fugacem humiditatē quam habet vocat ipſum Hermes ſeruū fugitiuum. Cum igitur ſcḋm dicta ſiccū ſit ⁊ aduſtū

Cauſa rubiginis.

Aduſtio ferri.

Cur ferrū nō liquetur.

habet operationẽ qꝺ confert ſpleni ⁊ ſtomacho debilitatis ex mollificatione. ⁊ ideo p̃cipitur talibus vt bibant vinũ et aquã, in quibꝰ extinctũ ſit ferrũ candens. Calibs aũt non eſt alia ſpecies metalli q̃ ferrũ, ſed eſt ſubtilior ⁊ aquoſior pars ferri ex ferro p̃ diſtillationẽ extracta. ⁊ ideo durior eſt ⁊ compactior ꝓpter vim ignis ⁊ ꝓpter partium ſubtilitatẽ que duriores efficiunt quando vrunt. Eſt aũt albius ꝓpter maiorem a terreſtritate ſeparationem. ⁊ cũ nimis induratur tunc ſcindit ⁊ percuſſum cõminuitur ꝓpter nimiã ſui deſiccationem. Eſt aũt diuerſitas aque in deſiccando plus ⁊ minus: ⁊ ideo fabri q̃runt ſpecialiter aquã in qua extinguant ferrum ex q̃bus faciunt gladios. Cum enĩ candens ⁊ in aquã mitatur indurat eo qꝺ calidũ frigiditatẽ aque fugiens ad interiora ferri comburit in ipſo materiale humidũ ⁊ huiuſmodi cõſumptione magis ⁊ magis indurat. Tantũ igitur dictũ ſit de ferro ⁊ de ceteris metallis in ſpeciali ⁊ in cõi.

Calibs

Incipit Liber Quintus de medijs mineralibus et de omnibus que cõueniunt medijs.

Superest in hoc quinto mineraliũ inueſtigare naturas eorum q̃ media inter naturas lapidũ ⁊ metallorum eſſe videntur. licet enĩ Auicen. in quarto diuidat corpa mineralia in lapides liq̃bilia ſulphura ⁊ ſales. Tamen videtur nobis ſulphur plus eſſe minerale aliũ per ſe q̃ argentũ viuum. cadit enĩ in materie partem ⁊ vnũ in alterum. Loquentes igitur de medijs dicamus primo in cõmuni de mediorum naturis ⁊ poſtea ſub cõpendio tangemus aliqua eorum in ſpeciali ⁊ in hoc complebimus noſtrã in iſto libro intentionẽ. Omne igitur qꝺ in aliquo participat paſſionem lapidum ⁊ in aliquo participat paſſionem metalli dicamus eſſe mediũ. eſt enim proprietas lapidis non liqueſieri, ⁊ proprietas metalli quam habet ex materia eſt liqueſieri calido ſicco. ⁊ ideo lapides ſunt in genere aridorum ⁊ terre metalla aũt ſunt in genere humidorum ⁊ aque. Media igitur ſunt que ſcd̃m aliq̃d ſunt terre ⁊ ſcd̃m aliquid aque: ⁊ quedam q̃dem horum que ſunt interiora terre illa cõſtant calido ⁊ ſicco. quedã autẽ viciniora aque ⁊ ab illis diſtillat aqua p̃ calidũ ſiccum ſicut eſt gemma. Adhuc autem ⁊ media ſunt quecũq; liqueſcunt calido ſicco ſed poſtea ad ignis ⁊ etiam ad ignem incipiunt conſtare elicata. ſicut enim liqueſcerẽt niſi eſſent ſcd̃m aliquid aquea neq; conſtarent per elicationem niſi ſcd̃m aliquid eſſent terrea ſicut colligitur ex doctrina methe. Amplius autem media ſunt quecunq; ex amborum ſubſtantijs componunt licet nõ liqueſcãt ad ſiccum calidũ. ſic enĩ media ſunt om̃es ſcorie q̃ ex mineris cum lapidoſis ꝑtibus reſoluuntur: ⁊ ſic media eſt om̃is marcaſita que quidẽ non liqueſcit in igne ſicut lapis ſed tñ ipſe color ⁊ pondus naturã in ea indicat eſſe metallinã. Amplius aũt quecũq; cõminutiua ſunt in ſubſtãtia ⁊ ſũt aque eorum multũ cõſolidatiue ⁊ reſtrictiue quãdã mediorum habent materiã ſicut eſt alumẽ om̃e. Omne etiã attramentorum genus mediũ eſſe videtur eo q̃ aliq̃d lapidoſum in ſubſtãtijs eorum inuenitur. Cauſa aũt iſtorum mediorum eſt ꝑmixtio vaporabiliter facta materie lapidis ⁊ metallorum vel materie liquabiliũ: ꝑ arſenicum enĩ cum multo ſulphure ⁊ humor habens aliq̃d de natura argenti viui ⁊ ex taliter permixtis humoribus ⁊ vaporibus ⁊ ceteris materijs cõuenit quedam media inter vtraq; ꝓducta natura. Sapiens enĩ ⁊ diligens natura que omni materie complet aptitudinẽ ab extremo ad extremũ nõ tranſit vt dicit Ar. niſi cõpleat om̃e mediũ. facit ergo multa media inter lapides nõ liquabiles ⁊ metalla liquabilia vt in oĩbus exhibeat cõuenientia ⁊ deſyderiũ boni qꝺ habet vnũquodq; qꝺ eſt per omnẽ modũ materie poſſibilẽ vt cõpleatur. Mediorum aũt natura lumine notandũ ad tranſmutationẽ metallorum, quia in eis conſiſtit plurima ſcientia eorum que vnũ in aliud cõuertere nititur. media enĩ ſunt quaſi materialia ⁊ iam ſuperius oſtẽdimus q̃ ille qui incõuenienter intendit metallũ ad metallũ cõuertere. oportet q̃ primo deducat ipſm ad naturam primã. hoc eſt generi metallico proximã. Tunc aptitudinẽ ſuam iuuat a virtutibus diſponentiũ facile naturã ⁊ accipit veram ſpeciem metalli qꝺ intendit: phyſice etiã rationes que in phyſico auditu determinate ſunt oſtendũt q̃ nõ eſt motus de extremo ad extremũ niſi per mediũ. Eſt autem omniũ metallorum ꝓximum q̃ videntur incompleta eſſe in ſpecie. ⁊ ideo in qꝺlibet cõuertibilia. medium enĩ proprie dictum habet informẽ naturam q̃ formatã diſtinctam extrema retinent ſicut in ſcientia de ſenſibilibus docebitur. In medio aliquo modo ſcd̃m formas confuſas ſunt extrema. Propter q̃ extrema per ingeniũ ⁊ naturam de medijs reducuntur quando vnitur virtus vnius extremi ſuper alterius. Sic igitur dictũ ſit de medijs in cõmuni non oportet enĩ plura dicere, q̃a cognitio mediorum eſt per ſua extrema.

Media.

Capitulũ ſecundũ de natura ſalis ⁊ ſpeciebus ⁊ modis.

VNum de medijs ⁊ primũ eſt ſal de quo in cõmuni iã ſciuimus ex ſcientia methe. q̃ efficitur ex terreo groſſo ⁊ combuſtum eſt poſtq̃ cõmixtũ erat aqueo. ⁊ ideo om̃e ſal reſolui incipit in aqua frigida ⁊ in aere frigido ⁊ humido. Eſt aũt ſal multarũ diuiſionũ. eſt enĩ ſal marinũ ſiue qꝺ ex aqua ſalſa extractũ eſt. ⁊ eſt ſal gẽma qꝺ ẽ ſicut criſtallũ perlucidũ ⁊ i vngaria abũ

Differẽtie ſalis

Sal gẽma.

dantiſſime inuenit᷑. cuius cõmixtio eſt terreſtri compoſita / ⁊ ꝓpter hoc facile reducitur in puluerem. nõ aũt eſt ex ſolo terreſtri ſed cũ habet aqueam ſubſtantiã frigiditate terre ⁊ combuſtione cõgelatam. ⁊ ex illa habet ꝙ eſt perlucidũ. habet etiã ex eadem ꝙ liqueſcit calido humido ⁊ diſtillat aqua ab eo terreſtri ſuo remanente.

Sal napticum.

Eſt iterum ſal qđ vocatur napticũ nigrũ ex napta que eſt in ipſo ſed cum ſublimigatur liqueſcit napta ⁊ ſeparatur ab eo ⁊ tunc fit album. Eſt iterũ ſal radicum nigrum ex ſe ipſo ex multa aduſtione terre que eſt in ipſo.

Sal armoniacum.

Eſt etiã adhuc ſal armoniacũ qđ clarum eſt ad ꝑſpicuitatem accedens. Et forte alij modi ſalis ꝓter iſtos in diuerſis terris inueniũtur quoniam ſal marinũ aliũ habet modũ in mari magno qđ attingit Italiam ⁊ aliud in mari occeano qđ eſt ad aquilonẽ ⁊ tangit flandriam ⁊ germaniã. Hoc enim qđ eſt i mari magno in refluxu maris in locis vbi refluit vel in foueas deriuatũ in locis vbi ſtat calor ſolis in fundo conuertit᷑ in ſalem qui eſt maioꝝ granorum / ſicut nix quedam grãdinoſe conuoluta. Hoc aũt qđ ex mari occeano aquilonari coquit᷑ de terreſtri fundi ⁊ terre marine.

Fontes ſalſi.

Sunt etiam fontes ſalſi in diuerſis theutonie partibus ex quoꝝ aquis coquitur ſal bonus et parue quãtitatis quaſi farinatum. De vrina etiã hominis ⁊ precipue pueroꝝ coquitur ſal ꝑ operationes alchimicas ſublimationis ⁊ diſtillationis. Quocunqꝫ autẽ modo fiat ſal in cõmuni tamẽ vnius eſt nature que componit᷑ ex terreſtri ꝙ humidũ fuit mixtum cõbuſto ⁊ quia humido permixtũ fuit. ideo combuſtũ eſt albũ ⁊ quãto plus comburit᷑ per elixationem vel aſſationẽ tanto efficitur albior ⁊ amarior. ſalſus enim ſapor permixtus eſt amaro vt in ſcientia de ſenſibilibus determinabit᷑.

Virtutes ſalis.

Propter terreſtreitatem aũt omne ſal ſtipticum inuenit᷑ ⁊ propter ſiccitatem eſt ipſe exiccatiuus a putredine cõſtrictiuus. Propter caliditatẽ ſimul ⁊ ſiccitatem eſt abſterſiuus ⁊ qꝛ habet acumen in ſapore penetratiuũ ideo condit cibaria. Criſtallinus aũt ſpecialiter eſt cõſumptiuus groſſoꝝ vaporum ſed quicũqꝫ calidior eſt diſſolutiuus congelatoꝝ humorum in cõmixtis corporibus. ⁊ hoc quidem habet omẽ ſal ſcḋm magis ⁊ minus. Similiter autẽ propter ſiccitatem ſimul ⁊ inordinationẽ pororum cuius inordinationis cauſa eſt combuſtio intorquens ordinatos poros habet ꝙ eſt de numero cõminuibilium omniũ modorum.

Capitulum tertiũ de natura ⁊ ſubſtantia atramentoꝝ.

Natura aũt atramenti ſcḋm ſuũ genus eſt ꝙ eſt ſubſtãtia omiomera mineralis diſſolubilis ꝑ decoctionẽ in aqua tactã permixtam lapidoſe ſubſtantie que nequaqꝫ ſoluitur per elixationẽ. liquida enĩ procul dubio primũ eſt genus atramentoꝝ ⁊ fuit ꝑ ſe coagulatũ. Cõtra etiã omni atramento ſcḋm ſuũ genus qđ eſt rancidi guſtus ſtipticũ ⁊ adurens valde vnde ⁊ inducit craſtã duram quãdo corporibus apponit᷑. Eſt aũt pluriũ ſpecierum. aliqđ enĩ eſt album qđ arabes vocãt al kadidis ⁊ aliqđ rubeũ qđ vocant aſſurie ⁊ aliqđ citrinum qđ vocant al kolol ⁊ aliqđ inuenitur viride qđ nominãt alkacantũ ⁊ aliqđ fuſcũ declinãs ad nigredinem q aliquid accepit lapideitatis.

Differentie atramentoꝝ.

Viride aũt qđ a qbuſdã vitriolum vocat᷑ ⁊ ad qđdam inceauſti genus ponit᷑ fortius eſt coagulatum ꝙ citrinũ ⁊ tamen habet groſſiores. Efficacius aũt in ſuo genere atramenti eſt qđ ſplendorẽ quendã auri ꝓtendit ſi puluis aureus in ipſo ſparſus obſcure relucẽat. Patet ꝙ atramenta omnia ex terra ⁊ aqua ſunt. ⁊ primo ſunt liquida ⁊ poſtea coagulata: ⁊ iterum poſtea calido ⁊ humido diſſolubilia. Calorẽ autẽ accipiũt ſcḋm maiorem ⁊ minorẽ ſubtilitatẽ terre ⁊ decoctionem eius in humido ⁊ maiorem ⁊ minorẽ perſpicui aereas ĩmixtionem quãdo terreum in aqua decoquit᷑. Eſt aũt hoc medium lapidis ⁊ metalloꝝ: qm̃ ⁊ cõpoſitionem habet lapidis ⁊ aliquãdo ſplendorem metalloꝝ.

Capitulũ quartũ de natura ⁊ genere aluminum.

Alumen eſt terreſtris cõpoſitionis. eſt autẽ tale terreũ qđ groſſum eſt ⁊ humido cõcretum qđ a cõplemento deficit argenti viui ⁊ tamen aliqđ accedit ad illud. Et videt᷑ eſſe quadã vi coagulatum que quidẽ nõ eſt ſulphuris ſed aliquid ꝓpinquitatis habet cũ ſulphure exiſtente. Eſt igit᷑ colore albũ frequent᷑: ⁊ cum aſſatũ fuerit opꝫ diſtillat ab eo quedã aqua fere ſicut a ſalgemma.

Tria genera al minis.

Eſt autem qđ frequentius occurrit ⁊ cuius vasta ⁊ maior eſt triũ ſpecierũ videlicet longum ⁊ ſciſſibile valde qđ in ſciſſuris plumoſum apparet ⁊ habet colorẽ argento ſimilem. Secũdum aũt eſt qđ eſt ſiccum ⁊ rotundũ vt mollis lapis ⁊ in ſplendore argenti ⁊ albedine parum declinãs a precedente ⁊ nõ eſt ita efficax. ſicut id qđ dictum eſt ⁊ hoc a quibuſdã vocatur rotundũ. Tertiũ autem eſt ſiccum quaſi petroſum declinans ad citrinitatẽ: ⁊ hec omnia tria ſunt de facili puluerizabilia. duo aũt prima ſunt calida ſicca multum exiccatiua ⁊ cõſtrictiua. Tertium aũt non habet ſtipticitatẽ licet ſit petroſum. aqua etiam in qua ſepius lauat᷑ primum genus quãdo eſt antiquũ ⁊ ſepius colatur p ipſum aqua efficit᷑ vltra modum conſolidatiua ⁊ coagulatiua diuerſorum corpoꝝ. Propter hoc ipſa vtũtur alchimici in illa lotura quã lac virginis vocant de quo alibi fecimus ⁊ faciemus adhuc mentionem. Fertur aũt inueniri alumen humidũ ⁊ hoc eſſe ſicut bitumen vnctuoſum qđ multũ ẽ cremabile deficiens in odore aliquantulũ a ſulphuris vnctuoſitate ⁊ cremabilitate ⁊ huiuſmodi aluminis ſpeciem quandã dicunt eſſe naptam.

Capitulum quintũ de modo ⁊ natura arſenici.

Arsenicū autem licet lapis quidā aliquādo sit de quo in secundo mineraliū libro fecimus mentionē. tamen quia pluriū modoꝝ inuenit̃: oportet hic melius de ipo ꝑtractare. Nō aūt dubiū est quin sit terree nature combustū habens aliqd de vnctuositate sulphuris. ꝓpter qḋ cognationem habet cum sulphure. ⁊ humor sulphuris est multū penetratiuus in metalla ꝓpter cognationem quā habet ad ipsa ⁊ adurens ea. ⁊ cum arsenicum fit acutius plus efficitur adurēs. Est aūt puluerizabile calidū ⁊ siccum sed est calidius q̃ siccū. ⁊ ideo putrefactiuū est ⁊ valde mordicatiuū. Inuenitur aūt ⁊ triū modorum album videlicet ⁊ citrinum qḋ est cōmuni⁹ ⁊ puluerizabilius albus ceteris ⁊ auripigmentum vocatur. ⁊ rubeum ⁊ melius in genere illo est qḋ imbibitā sibi habet rubedinem cum quibusdā aliis viis ⁊ forte multoꝝ aliorum modorum inuenitur sc̄dm materie diuersitatem.

Capitulum sextū de natura ⁊ modo marchassite.

De marchassita etiam de qua secundo huius scientie fecimus mentionē. hic interponere oportet subtilius: quoniam in veritate marchassita habet naturā tam lapidis q̃ metalli. ⁊ ideo verius illud mediū est q̃ aliqḋ aliorꝫ. habet enī substantiā lapidis terrestrem ꝑ calidum siccū non solubilē/ sed calcinat̃ per cōbustionem in forti igne sicut lapis. pondus aūt ⁊ splendorē habet metalli ⁊ est pōderosa multū. nō tamen vnquā metallum distillat ab ea sed potius euaporat in igne ⁊ tunc lapis in calcem cōuertit̃. cuius causa profecto est quia metallū qḋ est in ipsa complete ad speciem suā non ꝑuenit. Si enī aurea marchassita speciē auri ꝑfecte haberet nō euaporaret ex ipsa aurū sed liquaret̃ ex ipsa. habuit igitur materiā ⁊ colorem metalli sed non speciē. ⁊ ideo euaporando euanescit quādo assatur igne assatiōe forti. Marchassite aūt sunt tot genera quot species metalloꝝ. Est autē aurea ⁊ argentea sed aurea raro inuenit̃. argentea aūt frequēter. stagnea aūt raro ⁊ plūbea ⁊ est q̄libet marchassita de natura ⁊ commixtiōe aliqd hñs supra naturā lapidis ⁊ metalli: illius cui⁹ similitudinē ꝓtendit in colore. est tamē dura ⁊ pōderosa: dura quidē ꝓpter lapidis duriciē ⁊ excoctionem ⁊ assationē. ponderosa aūt ꝓpter lutulentiā nō purgatam. hic aūt lapis a phis antiqs lapis adelterū vocat̃ qḋ sonat lapis luminis ꝓpter iuuamentū qḋ confert visui ꝑcōne marchassita aurea. est aūt in q̄litate naturali calidus ⁊ sicc⁹ in effectu cōstrictiuus ⁊ calefactiu⁹ ⁊ maturatiuus ⁊ resolutiuus ⁊ fortis in effectibus istis. Fertur aūt q̃ suspensus collo puerorꝫ aufert timorē ab eis. In alchimicis etiaꝫ iste lapis principalis cibus est: cū q̄ cibatur argentum viuū ad elixir album ex argentea marchassita ad elixir rubeum ex aurea.

Capitulum septimum de natura nitri.

Nitrum aūt ex nitrea insula. vbi primo inuentū est sic vocatur. arabes baurac nomināt. est aūt de genere salis obscurius q̃ salgemma. tamen est ꝑlucidū: sed est laminosuꝫ tenue. Est aūt illud assabile in igne ⁊ tunc amissa aquosa substantia superflua efficitur siccū magis combustū/ ⁊ tunc erit acutius sal ipsum. Species aūt eius distinguūtur sc̄dm loca in quib⁹ nascitur. Est aūt triplicater inuentū apud nos/ armenicū videlicet ⁊ africanū ⁊ theutonicū: qḋ in loco qui goslaria dicitur abundāter inuenit̃. ita q̃ pluuia cadente sup montē qui plenus est minera cupri ⁊ colata aqua pluuie per montē quādo venit ad centuꝫ passus in foueam quā fecerūt fossores cōuersa videtur aqua in nitrum qḋ tamen putatur ab incolis esse salgēma sed ego visu ⁊ tactu probaui esse nitrum. Stat aūt in cōcauo montis ad modū ⁊ formā qua glacies generatur in tectis ex aqua a tecto stillante tp̄e gelantis frigoris. ⁊ hoc nō est laminale sed rotundū. Comparatio aūt nitri africani ad ceteras species nitri est comparatio nitri ad salem. Spuma aūt nitri oīs que aliquādo flos nitri vocatur. subtilioris est substātie ⁊ virtutis q̃ ipsum nitrū. melior aūt est spuma illa quam pretendit color marmoris ⁊ est multū frangibilis. Est aūt omne nitrum calidū ⁊ siccuꝫ ⁊ ideo operatiōes eius sunt qḋ est incisiuū lauatiuū excoriatiuū corrosiuū ⁊ precipue africanum qḋ acutius est ceteris.

Capitulum octauū de natura tuchie.

Tuchia aūt cuius visus frequens est in trāsmutationibus metalloꝝ est artificialis ⁊ nō naturalis cōmixtio. fit autē tuchia ex fumo qui eleuat̃ ad superius ⁊ adherendo corporibus duris coagulat̃ vbi purificatur es a lapidibus ⁊ stagno que sunt in ipo. melius aūt in hoc genere est ex eo qḋ sublimatur ab illo ⁊ tunc illud qḋ in tali sublimatione residet in fundo est climia q̄ vocatur a quibusdā succudus. Sunt aūt multi modi tuchie. est enī alba ⁊ citrina ad rubedinē declinans/ quando aūt lauatur tuchia residet in fundo quoddā sicut fex tuchie nigrum aliquando hoc vocatur a quibusdā tuchia inda. Differentia aūt inter succudum ⁊ tuchiam est quam diximus quia scilicet tuchia sublimat̃ ⁊ succudus est qḋ residet in fundo canalis nō sublimatū. Melior autem est volatilis alba ⁊ deinde citrina ⁊ deinde rubea. recentior enī melius valet q̃ vetusta. Est aūt oīs tuchia frigida ⁊ sicca ⁊ illa que abluta est melius valet in operationibus istis.

Capitulum nonum de natura ⁊ ꝓprietatibus electri.

Multi antiquoꝝ non minus inter media ſed inter metalla poſuerũt electrũ qđ arabes tinchar vocant. quidam aũt ipſum capitulũ auri vocauerunt. habet aũt colorem mixtum ex auro ⁊ argento. ⁊ ideo etiam duo ſunt genera huius metalli. eſt enĩ artificiale qđ ex argento ⁊ auro ſimul mixtis confectũ eſt. aliud aũt eſt minerale ⁊ naturale qđ antiqui oĩ metallo melius eſſe dixerũt. neſcio quare niſi quia ſibi hunc effectum attribuerũt qđ ſtridorẽ emittit. vas factum ex tali electro quãdo venenũ eſt immiſſum in potu qđ in vas mittit̃ ſicut ſtridet nitrũ quãdo infunditur ſibi acetũ. cum aũt colorem habeat argenti ⁊ auri mixtum proculdubio ⁊ ꝓprietatem habet vtriuſq; ⁊ naturã. De mixtis igit̃ omogeneis ⁊ non cõplexionatis neq; animatis ſcđm hunc modum dictum ſit. Ex dictis enim oĩa quecunq; hic non nominata ſunt de facili poterunt cognoſci.

Finis.

Liber mineralium Alberti magni: libros quinq; cõtinet partiales. ¶ Primus liber quattuor tractatus continet. ¶ Tractatus primus eſt de lapidibus in cõi. ¶ Tractatus ſecũdus eſt de accidẽtibus lapidũ. Primus tractatus nouem continet capitula.

Capitulũ primũ quod eſt intẽtio ꝙ diuiſio modus ⁊ dicendoꝝ ordo
Capitulum ſecundũ eſt de materia lapidum.
Capitulum tertium de ꝑſpicuitate lapidum.
Capitulum quartũ de cauſa generatiua ſiue effectiua lapidũ ſcđm diuerſas opiniones philoſophorum.
Capitulum quintũ de cauſa effectiua lapidum ſecundũ veram ſententiam / ⁊ de proprio inſtrumẽto ipſius.
Capitulum ſextum de forma ſubſtantiali lapidum.
Capitulum ſeptimum de cõmemoratione lapidum in quibus locis generantur lapides.
Capitulum octauũ in quo redditur cauſa quare quedã loca generãt lapides ⁊ quedam non.
Capitulum nonũ de virtute loci qualiter operat̃ in natura lapidũ.

¶ Secundus tractatus octo cõtinet capitula.

Capitulum primũ de his que per ſe accidunt lapidibus ſiue de his que bene ⁊ male commixta ſunt.
Capitulũ ſecundũ de cã diuerſitatis coloꝝ in lapidibus ꝑcioſis.
Capitulũ tertium de cauſa colorum in lapidibus ꝑſpicuis nec terminatis nec precioſis.
Capitulũ quartũ de cauſa duriciei diuerſe q̃ eſt in lapidibus.
Capitulũ quintũ de dolabilitate ⁊ indolabilitate lapidum.
Capitulũ ſextum de cauſa poroſitatis ⁊ compactionis lapidũ ⁊ grauitatis ⁊ leuitatis eorundem.
Capitulum ſeptimũ de cauſa multitudinis paruoꝝ lapidũ iuxta littora. Et de ordine laterum qui aliquãdo in littoribus quaſi artificialiter poſiti inueniuntur.
Capitulũ octauũ de quibuſdã lapidibus habentibus intus ⁊ extra effigies animalium.

¶ Liber Secundus mineraliũ duos habet tractatus.

Primus tractatus inueſtigat cauſam virtutis lapidũ. ⁊ deſcripti
ones eorum ⁊ ſigilla que inueniũtur in quibuſdã depicta. ¶ Se
dus tractatus eſt de lapidibus ꝑcioſis ⁊ eorũ virtutibus.
us tractatus eſt de ſigillis lapidum. ⁊ qualiter eſt dicen
lis. ⁊ quot ſunt modi ſigillorum ⁊ de expertis. ¶ Prim.
tus habet quattuor capitula.

Capitulum primũ eſt de cauſis virtutũ lapidum precioſoꝝ
gatione dicentium in lapidibus nõ eſſe virtutes.
Capitulum ſecundum de quattuor opinionibus philoſophoꝝ c..
cauſam virtutum lapidum.
Capitulũ tertium de improbatione dictarum opinionũ.
Capitulũ quartum de vera cauſa virtutis lapidum precioſoꝝ.

¶ Secundus tractatus habet viginti capitula.

Capitulũ primũ eſt de lapidibus precioſis incipientibus ab A.
Capitulũ ſecundũ de incipientibus a littera que dicit̃ B.
Capitulũ tertium de incipientibus a littera C.
Capitulũ quartũ de nõibus lapidũ a littera que eſt D. incipientiũ.
Capitulum quintum de incipientibus a littera E.
Capitulum ſextum de incipientibus a littera que eſt F.
Capitulum ſeptimũ de incipientibus a littera que eſt. G.
Capitulum octauũ de incipientibus ab I. littera.
Capitulum nonũ de incipientibus a littera K.
Capitulum decimũ de incipientibus a littera L.
Capitulum vndecimũ de incipientibus ab M. lr̃a.
Capitulum duodecimũ de incipientibus a littera que eſt N.
Capitulum tredecimũ de incipientibus a littera q̃ eſt O.
Capitulum q̃tuordecimũ de incipientibus a littera q̃ eſt P.
Capitulum quindecimũ de incipientibus a littera que eſt Q.
Capitulum decimũſextum de incipientibus a lr̃a que eſt R.
Capitulum decimumſeptimũ de incipientibus a littera q̃ eſt S.
Capitulum decimumoctauũ de incipientibus a littera que eſt T.

Capitulum decimumnonū de incipientibus ab Y. littera.
Capitulum vigesimum de incipientibus a littera Z.

¶ Tractatus tertius continet sex capitula.

Capitulum primū est de imaginibus ⁊ sigillis lapidum.
Capitulum secundū de figuris lapidum a natura factis.
Capitulum tertium de causa quare gemme primitus insculpi predicabant. ⁊ quod sit iuuamentū in ipsis sigillis.
Capitulum quartum qualiter imago dicatur oriētalis occidentalis meridionalis vel aquilonaris.
Capitulū quintum de significatiōibus imaginum in lapidibus.
Capitulum sextum de ligaturis ⁊ suspensionibus lapidum.

¶ Liber tertius duos cōtinet tractatus.

¶ Primus est de substātialibus metalloꝝ. ¶ Tractatus Secundus est de actionibus metalloꝝ. ¶ Primus tractatus habet decem capitula.

Capitulū primū que sit libri intentio ⁊ qui dicendoꝝ ordo.
Capitulū secundū de ꝓpria materia metallorum.
Capitulū tertiū quare lapis nō ꝓducat̄ nec liquat̄ sicut metalla.
Capitulū quartū de sententijs antiquoꝝ ⁊ de materia metalloꝝ.
Capitulū quintū de causa efficiente ⁊ generatiua metalloꝝ in cōi.
Capitulū sextum de forma essentiali metalloꝝ.
Capitulum septymum de opinione calistenis ponentis tantū vnam formam metallorum.
Capitulum octauū de opinione hermetis ⁊ aliorum philosophorū dicentiū in quolibet metallo plures esse formas.
Capitulum nonū vtrum species metallorū possint ad inuicem trāsmutari sicut dicunt alchimici
Capitulum decimū de loco generationis metalloꝝ.

¶ Tractatus Secundus continet sex capitula.

Capitulū primū de liquefactiōe ⁊ cōgelatione metallorum.
Capitulum secundū de ductibilitate metallorum.
Capitulum tertium de colore metallorum.
Capitulū quartū de saporibus ⁊ coloribus metalloꝝ.
Capitulū quintū de cremabilitate ⁊ incremabilitate metallorum.
Capitulū sextum ꝙ generatio metalloꝝ ad similitudinem est artificialis.

¶ Liber Quartus vnicum habet tractatū in quo determinat̄ de metallis in speciali ⁊ cōtinet capitula octo.

Capitulum primū est de his que quasi vniuersalia metalloꝝ sunt sicut pater ⁊ mater. s. sulphur ⁊ argentū viuum.
Capitulum secundū de natura argenti viui.
Capitulum tertium de natura plumbi.
Capitulum quartū de natura ⁊ ꝓprietate stagni.
Capitulum quintū de natura ⁊ complexione argenti.
Capitulum sextum de natura ⁊ commixtione eris.
Capitulum septimū de natura ⁊ admixtione auri.
Capitulum octauū. de natura ⁊ commixtione ferri.

¶ Liber quintus vnicū habet tractatum, in quo determinat̄ de medijs mineralibus que media inter naturas lapidum ⁊ metallorum esse videntur.

Capitulum primū est de his que conueniunt medijs.
Capitulum secundū de natura salis speciebus ⁊ modis.
Capitulum tertiū de natura ⁊ substantia attramentorum.
Capitulum quartū de natura ⁊ genere aluminū.
Capitulum quintū de modo ⁊ natura arsenici.
Capitulum sextū de natura ⁊ modo marchassite.
Capitulum septimum de natura nitri.
Capitulum octauum de natura tuchie.
Capitulum nonū de natura ⁊ proprietatibus electri.

Finis.

Experimenta contra demones et maleficia. Arnaldi de villa noua.

FEl canis masculi nigri domui aspersum demonē pugnat ne maleficiū damnū inferat canino san. parietes dom⁹ aspersi ab omī purgat maleficio. Fel alicinus piscis ⁊ ma rine lausularū si spōsus ⁊ sponsa secū habeāt dum cant dormitū ⁊ ponant supra carbones viuos ⁊ inde suffumigent omnia supradicta maleficia euanescūt. si argentū accipiat ⁊ calamo vel canna inmittat cum cera cooperta nesciēte sponso ⁊ sponsa nullū maleficiū eis obest. Si caprinū in domo tua posueris omīa demonia fugient gilbertus. Item cor vulturis portatū fugat ⁊ omīa demonia a peccante ⁊ omēs feras ⁊ facit hominē gratiosum omībus hominibus ⁊ mulieribus ⁊ abundantē ⁊ intentiosum. gilbertus. Item auis pica vel assata vel elixata comesta sanitatē reddit velociter infirmā tibus ⁊ in incantatiōe trufatos soluit ⁊ sanat ⁊ asperitatem tribuit. Gilbertus. ad tollendū maleficium ℞. de tyriaca magna cum succo ypericon ⁊ emplastra renibus. Gilbertus. Itē in calamo vel auellana cōcaua ponatur argentū viuū ⁊ supponat̄ ceruicali maleficiatorū vel ponat̄ sub limine hostiȷ per qd intrat soluitur maleficiū. Itē corallus si teneat̄ in domo soluit omnia maleficia. diascorides. Item ſang. canis nigri linitis parietibus oı̄bus domus in qua eſt tollit maleficiū. ſextus ab octo. Item ſi q̄s maleficiatus fuerit ad nō amādū aliquem vel aliquā/ merda illius quem vel quā diligit ponat in ſotulari dextro amātis ⁊ calciet ſe q̃ꝫato ſentiet fetorem ſoluet̃ maleficiū. expertū eſt. Item arthemiſia. i. matricaria ſup̱ limine dom⁹ poſita vel ſuppoſita facit vt nullum maleficiū noceat illi domui. Item ſi luna noua decollaueris vpupam ⁊ cor eius palpitās tranſglutias ſcies oı̄a que fiūt etiā mentes hoı̄m etiam multa celeſtia. Itē ypericon ſi teneat̃ in domo demones fugant̃. ideo dicitur a multis fuga demonis. Itē lapis q̄ magnes dicitur portatus diſcordiā inter virū ⁊ mulierem vel vxorem ſedat oı̄no. Item fumiget̃ cum dente homis mortui trito. Item bibat herbā que trāſiuerit ꝑ mediū lapidis ꝑforati. Item ſquilla integra ſuſpenſa in limine domus tollit maleficium. Item rad. brionie ſi tecum portaueris oı̄a maleficia fugient. Item ſi vir portauerit cor cornicis ⁊ vxor femine ſemper bene comedunt. Item ſi q̄s portauerit radicē yringi nunq̃ inſidias alicuius demonis ſuſtinebit. Item ſi ſub veſtibus demoniaci ponat̃ dicta radix demoniacus confitebit̃ quis eſt qō eſt ⁊ vnde eſt ⁊ effugiet. Item ſi fiat maleficiū contra ſponſum ⁊ ſponſam virgines vt ſpōſus ſpōſam carnaliter cognoſcere nō poſſit. ſuſcipe vnā parapſidē vel vnā taceam in cuius medio ſcribas crucem ⁊ hec q̄ttuor nomina in quattuor certis lateribus auis grauis ſeps ſipa/ ⁊ in circuitu tacee interius ſcribas euangeliū ſancti Joannis totum completū poſt ſumas aquā benedictam ſi potes vel vinū vel aliam aquā ſi non potes habere aquam benedictā ⁊ pone in tacecilla cum digito totam litterā illam in illa ablue ⁊ cū deuotiōe ambo bibant ⁊ in dei noı̄e capiant probatū eſt. Item facias ſcribēdo in. iiij. certis lateribus hoc nomē tetragramaton ſeruata forma ſupradicta ſi ſcires tu ſcribere dic q̄d ſignificat̃ per hoc nomen tetragramaton qō eſt ſcriptū ſi habet litteras hebraycas efficaciſſimū eſt/ poſt facies predicta. ſ. euangelium etiam ⁊ omnia dicta ſcribat vnus infans virgo coronatus. Item ſume infantē virginem ⁊ in die veneris vł ſabbati vel dominico in horam ante ortum ſolis ſtet ante rubum ⁊ ſalutet virginem mariam que per rubū fuit figurata/ poſtea dicat ter pater noſter ⁊ ter ſignet rubum in noı̄e patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti amen. ⁊ tunc colliget de folijs eius ⁊ floribus ſi ſint ⁊ fructibus vel de folijs tantū ſi alia deſint tres pugnos ⁊ recede ⁊ cum fueris in domo ſpōſus ⁊ ſpōſa claudāt ſe in camera/ in qua ponat̃ focarium plenū carbonibus incenſis et vnuſquiſqꝫ eorum ad partē oret deum ꝙ deus miniſtret fructū matrimonij vſqꝫ ad ſui ſeruitiū quo facto ſumat folia rubi ⁊ flores ſi ſint ⁊ ponant ſupra carbones incenſos ⁊ perfumabunt totam cameram ⁊ ſerpens fugiet ⁊ ſignatis ſe ſigno crucis coeant in dei nomīe. Item aliter de eodem ad frangendū omne maleficiū confiteat̃ vtrunꝙ de peccatis ſuis fideliter ⁊ audiant ambo miſſam ⁊ cōmunicent diuidendo corpus chriſti per mediū facta monitione ne ipſi coeant propter luxuriā/ ſed ꝓpter fructū matrimonij. credo etiam ꝙ ſi maleficiū eſſet ſolum in vna perſona ⁊ confiteret̃ fideliter ⁊ cōmunicaret ſoluerent̃ oı̄a maleficia. Item ſi maleficia fiāt in campis vel vineis fiat qō ſupra dixi de euangelio ſancti Joānis ſcriptum per manum ifantis virginis ⁊ illa aqua ſpargat̃ in quattuor angulis campi illius ⁊ in medio fiat vna crux dicendo. exorciſo te immūde ſpūs vt hūc locum deo dedicatū egrediaris ⁊ ad locū tue ſempiterne damnatiōis pergas. hoc dicto ſpargas aquā faciendo crucem in quattuor angulis in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti amen.

Excuſa Auguſte Vindelicorum impenſis Sigiſmundi Grim̄
medicine doctoris ⁊ Marci Wyrſung. Anno virgi-
nei partus. M. D. xix. die vero decimaſe
ptima Februarij.

1519

~~18753~~
H-146894